

A magna & suavi voce decantare. Vicini intermisso opere accurrunt: cumque alterum alter trudentes impellerent, dum propius quisque ad pastorem cerat accedere, columnam evertent. Ea ruente, fracta est urna, & Orphic ossa sol apexit, nocte, quae insecta est, ingenti aquae vi de caelo effusa. Sus amnis (quas hic est de Olympi torrentibus) Libethriorum muros dejecit, factas & profanas aedes evertit, homines ipsos, & animalium cuncta, quae intra moenia fuerant, extinxit. Quare deletis Libethriis, Macedones, qui Dion tenebant, Orphici ossa Dion translata sibi vindicantur. *Pausanias in Boeoticis.*

Siphniis insulares propter fodinas metallicas maximum thesaurum congeserant, & decimas illius quotannis Delphos mittebant. Consuluerunt oraculum, Diuine praesentibus bonis frui possent: Pythia respondit:

Αὐτὸν ἔστιν ὃ Σίφνη Πυθίαν ἔχειν ἵππας, Ἀδελφοὶ τ' ἄλλοι, πότε δὲ δὲ πρῶτον αἰθέρα ἔρασαν ἔλκων τε λόχον, κινῶν τ' ἑσθρῶν.

Oraculum eventus confirmavit. Habebant eo tempore Siphni forum atque Prytaneum ex candido marmore Patio extrudum. Samii cum velocissime ad Siphnum applicuissent, miserunt ad urbem cum legatis navem, quae (ut naves antiquae omnes) rubrica delibata erat. Nuncios decem talenta mutuo petebant. Negantibus Siphniis, eorum agros populati sunt Samii, eosque ea urbe egressos caeciderunt, multosque ceperunt, quos centum talentis Siphniis redemerunt. Tunc tandem, quamvis sero, oraculum intellexerit, ligneum agmen & rubrum legatum navem esse hostilem. *Herod. lib. 3.*

CLISTHENES oppugnabat Cirrham. Oraculum habebant Cirrhenes, invictam urbem fore tantisper, donec mare sanctam terram attingeret. Cirrhenes securi agebant, cum sacra terra procul à mari abesset, ipsa verò Cirrha ad mare portigaret. Clisthenes oraculo percepto, tum urbem tum regionem Cirrhenem deo consecravit, ut universa sancta facta, secundum oraculum mare contingeret. Cum id fecisset, suspavit, terramque deo dedicavit. *Polyenus lib. 3.*

Messanenibus in Sicilia olim datum fuerat oraculum, Carthaginenses urbis suae lixas futuros. Itaque arbitrabantur, Carthaginenses urbi Messanae ministeria pro servis obituros, atque inter servitia Messanenibus habendos. Qua spe sublati animis, Hamilcar Carthaginensium duci magna confidentia esse opponere ausi fuerat. Vorum capta urbe, Hamilcar Carthaginensibus militibus tanquam servis mandavit, ut aedificia juncta diruerent, solo aequarent, neque regulas, neque ligna, nec materiae quicquam incorruptum dissipatumque usquam relinquerent, igni absumerent, confusa obrutaque dispergerent. Itaque delata loci species, ac solum, ubi urbs prius steterat, prostratum adeo proculcatumque apparuit, ut vix illa habitations usquam vestigia discerni possent. Conspicuas enim locum illum procul à reliquis insulae spatiis admodum remotum, praeterea omnium quae in Sicilia haberentur, maxime idoneum, alterum ex duobus sibi faciendum arbitrabatur, aut delerum deserendumque penitus reddere, aut tanta ruina obruere, ut neque tempore brevi, neque parva posset opera restaurari. *Diodorus lib. 14.*

URRIS EXPUGNANDAE.

MYRTANUS tyrannus Constantinopolitanus, oraculum, quod Byzantium non nisi per Anselmum capi posset, non intellexit, donec turris dicta Angeli, à Francis occupata esset. *Amil. lib. 6.*

BELLORUM EVENTUS.

Phocenses gravi bello Thessalorum propemodum aucti, misere Delphos, qui de periculo propoliando oraculum consulerent. Qui missi fuerant, tale retulerunt responsum:

Μορτὸν ἀπὸ τοῦ Διὸς μὴ βίβω δεικνύμενος ἔρρο:
Victor uterque, aliud sed enim mortalis habeto.

Phocenses ignari, quid sibi vellet oraculum, trecentes speculatores emittunt. Qui omnes ad internecionem caesi sunt cum Gelone duce suo. Ergo conjuges, liberos, fortunas omnes, quas agere quisque, aut ferre posset, in unum coegerunt: & maximo extracto rogo, viros triginta domtaxar reliquerunt, quibus imperatum, si ita accidisset, ut qui ad praesulum exissent, hostibus succumberent, primò feminas ac impubes omnes jugularent, deinde quas congeserant operes, in rogam conjicerent, postremò & ipsi vel mutuis confoderent se vulneribus, vel ultro in medium hostium equitatum ruerent. His ita constitutis, Teliæ Elei vatis consilio, contra Thessalos copias

educunt, & extrema desperatione acti, victoriam adepti sunt omnium maxime insignem. At tunc Apollinis ambiguum illud responsum omnibus innotuit. Cum enim utrinque de morte à ducibus militi tessere darentur, fortuito ad oraculi verba appropinquatae sunt: à Thessalis Itonia Minerva, à Phocensibus Auctor Phocus. *Pausanias lib. 10.*

DARIUS de Suis moverat contra Alexandrum, copiarum subnixus multitudine, frustulæque omnino quod blandientes ei magis quam pro verisimilitudine interpretati fuerant magi. Macedonum enim agmen magno ignis fulgore visum est collucere: Alexander autem, qui nunc ipse indunas cultu fuerat, cum regis esset ascendas (id est, nuncios vel ascantes, id est, cubicularius) sibi ministrare, ac cum in Belli templum esset ingressus, ex oculis esse subductus. Quo somnio patius portendit Deus magnificas, & claras res Macedonas gesturos, & positurum Asia Alexandrum, sicut potius ea Darius fuerat, ex ascende flexus rex; verum brevi vitam cum gloria depositurum. *Plur. in Alex. Sab. lib. 4. Etm. 4.*

Lacedaemonii optimis & sanctissimis legibus à Lycurgo acceptis, post ejus mortem non contenti amplius otio frui, cum fore Arcadibus praestantiores esse arbitrantur, de omni illorum terra occupanda Pythiam conlulerunt. Quibus illa respondit:

Ἀρκάδιον ἢ ἀτῆρας ἴσθια ἢ ἀτῆρας ἔτι πῆ ἴσθια. Πικρὰ δὲ ἀρκάδιον βασιλευσέμενος ἀδέρφεις ἴσθια. Οἱ δ' ἀρκάδιον. ἔγὼ δὲ πῆ ἢ τῆ μεγαρο. ἄσθια πῆ τεγαλῶν πρῶτον ἄρχοντες, καὶ καλῶν πρῶτον ὄνομα διαμνησθῆσθαι.

Hæc responsa ubi accepere Lacedaemonii, à cæteris Arcadibus abstinentes, bellum intulere Tegeatibus, ferentes locum compedes: videlicet copioso freti oraculo, tanquam essent ipsi redacturi Tegeatas in captivitate. Verum congressi praesulo, ac fugati, quicunque eorum vivi finit, eidem, quasi ipsi attulerant, compedibus indutus, campum Tegeatem meiti sine coluerunt. Compedes, quibus vinciti fuerant, ad nostram usque memoriam fuisse circa templum Minervæ Alexæ, apud Tegeatem suspensa. *Herod. lib. 1.*

CLEOMENI Spartanorum regi oraculum Delphicum responderat, cum Argos esse capturum. Sperabat ille, urbem Argos se esse evertiturum. At cum Argos in actem progressus, in loco quodam conclusus, igni injecto cremasset, & ejusdem illi esse esset, interrogasset: ubi Argi esse cognovit, ab Apolline de delusum conquequens, omnem Argos potiundi spem abiecit. *Herod. lib. 6.*

PYRRUS Epitrotarum rex, cum videret imperio urbis Romanos potentissimos inlithare, Apollinem de bello consulit. Ille ambiguit respondit hunc in modum:

Αἰὲς Ἐσπείδα Ῥωμαῖοις νικῆσαι ποσὲ.

Hoc dictum in suam sententiam trahens, auxilio Tarentinis contra Rom. venit, levium consulem apud Heracleam elephantorum novitate turbavit, & alia, quae recensentur à *Plinio de Viris illustribus. cap. 33.* designavit. Est autem oraculi veritas ex Ennio de sumptibus, ut testatur *Cic. lib. 2. de divin.* Tandem tamen victus discedere coactus est.

ALEXANDRUM Epitrotarum regem, in Italiam contra Brutios transmittentem, oraculum decepit tale.

Πανδῶνα τεκτόνων πολεῖν πρὸς λαὸν ὀλίγων.

Est autem Pandolia urbs Lucania: interpretatur est ergo hostium cladem, non suam, oraculo denotari. At eventus contrarium docuit. *Strabo lib. 6.*

AMILCARI Carthaginensium duci contra Agathoclem Syraculis obsidenti, arripit inspectis exitis, eum posthæc Syraculis cœnaturum affirmavit. Ille dum Syraculis se potiturum sperat, eruptione civium captus, ea die in vitus Syraculis cenavit, & diris vexatus tormentis interit. *Diodorus lib. 20.*

PHILOMEO Phocensium Delphicum oraculum consulenti, factum est in Apollinis templo ostentum hujusmodi. Aquila adem supervolans in terram se devolvit, educataque in templo columbas persequabatur, ut earum aliquid ex ipso altari arripuerit. Idipsum earum rerum perit, Philomelo & Phocensibus fortunatum exitum Delphici belli portendere affirmabat, quod novennio duravit, varia fortuna, ad extremum tamen cum Phocensium excidio. *Diod. lib. 16.*

ATCIBADES, qui fuor fieri Atheniensibus belli Siculis inferendi, legatos laborantem, in factis libris inventum, quod adem supervolans in terram se devolvit, educataque in templo columbas persequabatur, ut earum aliquid ex ipso altari arripuerit. Idipsum earum rerum perit, Philomelo & Phocensibus fortunatum exitum Delphici belli portendere affirmabat, quod novennio duravit, varia fortuna, ad extremum tamen cum Phocensium excidio. *Diod. lib. 16.*

ATCIBADES, qui fuor fieri Atheniensibus belli Siculis inferendi, legatos laborantem, in factis libris inventum, quod adem supervolans in terram se devolvit, educataque in templo columbas persequabatur, ut earum aliquid ex ipso altari arripuerit. Idipsum earum rerum perit, Philomelo & Phocensibus fortunatum exitum Delphici belli portendere affirmabat, quod novennio duravit, varia fortuna, ad extremum tamen cum Phocensium excidio. *Diod. lib. 16.*

Ationem, & delectum juvenutis deportabantur. Que ut capte ab Atheniensibus, & ad ducens iust delatæ, atque ingens numerus confectus est nominum, tortores vates, ne forte dum hie impetum esset oraculi, quod dicebat, Athenienses capientes omnes Syraculanos. *Plur. in Nicia.*

Apum examen consedit in castris Draci Imp. cum prosperè pugnam apud Arbelonem osti, handquamquam perpetua Atropicum conjectura, qui ditam id ostentum existimant semper. *lib. 11. cap. 17.*

Cecinerat Vates antiquissimè, Romana arma Cresiphontem transire nefas esse: & duces, qui ausi fuissent, pœnas daturus esse. Id quavis alivis evenit, fuerunt tamen aliqui, ut Galcius Imperator, qui & Cresiphontem transivit, & Romanos fines auxit ac dilatavit. *Caspianus.*

JULIANUS apostata Delphicum oraculum de belli Persici eventum consulit. Respondit Apollo, Omnes nunc dii excitati sumus, ut feramus trophæa, Thera juxta fluvium: Sed horum ego ductor sum futurus feracis libetens Mars. Julianus victoriam sibi pollicitus, in Persica expeditione detinctus, omnibus demonibus de se triumphandi campum dedit libertati. *Theodosius lib. 3. cap. 21.*

REOS FUTURI.

CROCIUS consilio oraculo Delphico, Nunquid diuturnum habiturus esset Imperium? à Pythia responsum accepit: *Αὐτὸν ἔστιν ἡνῶσθ' βασιλεὺς Μάδων ἵππας, καὶ πῆ τοὺς πρῶτους πολοῦσθαι παρ' ἑρῶν ὄχλων, ἠνδὲ πρῶτον, ἠνδ' ἀδελφῶν καλῶν.*

Crocus nunquam sperans fore, ut apud Medos multus pro viro regnaret, Imperium æternum sibi ipsi pollicebatur: non intelligens, per multum significari Cyrum, quippe qui ex duabus diversis gentibus ortus erat, genitiorum matre Mandane, quam parte Cambysæ. Nam illa quidem Meda erat, Athyagis Medorum regis filia: hic autem Persia, & Medis subiectus. *Herodotus lib. 1.*

Datum erat olim Lacedaemonii oraculum à Pythia: Sub claudio rege magnis illis calamitates impendere. Contentendibus autem inter se de regno Ageilaus, Agidis regis fratre, & Leocythide, in Agidis filio: cum altero pede Ageilaus claudicaret, hæc in eum dixisse Apollinem contendebat Leocythides. At Ageilaus in Leocythidem retorquebat, quod neque legitimum, neque ab Agide, sed ab Alcæide apud Agidem extulante, illegitimo cum Timæ uxore Agidis concubitu, genitus esset: Lacedaemonii autem auctoritate Lyandri Aristocriti filii secuti, Ageilaus regnum decreverunt. *Pausan. in Lacon. & Plur. in Arg. item Athen. lib. 1. cap. 16.*

Cicero de *Divinatione Sibyll. orac. lib. 2.* interpretem scribit Senatui monuisse, eum, qui revera regem haberent, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellent. Hanc occasionem Cæsar amici arripere, ut Cæsarem regem appellarent; adeoque de eo regem appellando, Libus Martius, nisi ea die a conjuratis caesus fuisset, in Senatu relationem habituri fuerant, in *Plur. in Bruto scribit. Apud Sueton. L. Cæsar in libris fatalibus*, contineri ait, Parthos non nisi à rege vinei possit, eosque Cæsarem regem appellandum. Cæterum uti oraculum illud Sibylla de Christo natiuitate edidit: ita Sibyllinorum interpretis tempus jam hujus oraculi adesse prævidetur: amici vero Cæsaris ad ipsammet Cæsarem, qui ut revera rex esset, regem tamen salutaris se propter insolentiam nominis non patiebatur, tam stulte quam impie transtulerunt.

Judæos ad bellum contra Rom. gerendum maxime excitaverat oraculum ambiguum, in factis libris inventum, quod eo tempore quidam eis eorum finibus, orbis terre habitatus imperium, in illi, quidem quasi proprium accepterunt, multique sapientes interpretatione decepit sunt. Hoc autem plene responso, Vespasiani designabat imperium, qui apud Judæam creatus est imperator, inquit *Iosephus lib. 7. c. 12. belli judæ.* At & ipse decipitur: Christus enim verus Deus & homo ille fuit, ex Judæis natus, qui totum subiegit orbem.

SETHUS magnus, in aquis turbatis concitato demone, Andronico Comæno Imp. de luce forte interroganti, monstravit literas dicit, & 1. Quibus dom Isaacum Comænum Isaacum designari putat Andronico, qui paulo ante Cypri tyrannidem invalerat, ab Isaac Impetio, quem ut effeminatum contemebat, & vitæ & imperio privatus est. *Nicet. lib. 2.*

DIGNITATIS ACQUIRENDE SIVE PONTIFICATUS.

HADRIANUS Comenatus, Cardinalis, Leonis X. mortem

expectabat, ex oraculo fatidicæ mulieris, quæ constanter affirmarat, Fore, ut Leonis immanata morte sublato, succederet vir senex, nomine Hadrianus, obscuro natus loco, literarum studiis insignis, qui sacros honores gradatim, sola nixu virtute meruisset. Hæc omnia sibi unipente congruere putabat. Nani Comenatus, infami Tuscorum oræ oppido, loca vitæ tenuit, & prope fordida ortus, uno bonarum literarum beneficio, singulas sacrorum ordinum dignitates fuerat consequutus. At sicuti vetulæ oraculum fidem non fessit, ita Comenatus fessit: Neque enim ipse Leonis successit, sed Hadrianus senex Batavus, egeni opificis filius, doctrina illustis, post Leonem rara felicitate Pontificatum est adeptus. *Jovius in Leonis vita lib. 4. Regni.*

TARQUINIO Superbo regi prodigium domi apparuerat: anguis lignea columna subito dilapsus, ingentem fugam in regia domo fecerat. Dionysius ait, aquilas in palma, quæ erat iuxta regiam, nidum habuisse, ubi illis absentibus implumes puli subito vulturnum incurfu dicerentur. Rex futurorum sollicitus, filios duos ad Delphicum misit oraculum. His Roma proficitibus, ludibrium potius quam comes additus est Janius Brutus, qui stupore & amentia ad tempus simulata, salutem sibi, patriæque libertatem peperit. Erat ille Tarquinie filius, ut Dionysius scribit, Prisco Tarquinio genitæ: alii eam Superbi regis sortorem prodiderunt. Bruti pater Junius fuit, ab uno ex Aneæ comitibus oriundus. Is cum majore filio cladem indolis à Tarquinio interfectus, Brutum admodum dolerentem reliquerat. Qui domesticæ cladis terribis, longè diversam ab eo, quo erat, sibi finxerat ingenium: unde ille à stupore, quem effinxerat, Bruti cognomen adeptus. Igitur cum regii juvenes sua Apollini dona attulissent, & Brutus aurum corneo baculo, quem ad id affabre excavaverat, inclumum, tacita fide crederetur. Tum mandata patris duo fratres executi, futurorum, ut fit, solliciti, Pythiam consulunt: Quis natorum post Tarquinium patrem esset Romæ regnator? Vox ex intimo specu reddita est, eum qui primus osculum matri daret, Romæ imperium habiturum. Oraculo decepti Tarquinii juvenes, inter se comparant, ut utri eorum, postquam domum venissent, prius mater occurreret, is cum oscularetur. Erant Tarquinio regii tres viri filii, Titus, Aruns, & Sextus. Placuit duobus, qui adertant, rem silentio occultari, ut Sextus, qui domi relictus erat, expecis in perit esset. Hæc illi Brutus longè alter rem interpretatus, velut aliquid pede offendisset, in faciem prociens, osculo terram contigit. Mater omnium terra est. *Ex Livio, & Valer. Maxim. lib. 7. cap. 3. Sab. 6. Etm. 2.*

Vellitris, ubi Augustus Cæsar natus est, antiquitus facta de celo parte muri responsum est. Ejus oppidi civem quandoque rerum potiturum. Qua fiducia Vellitini, & tunc statim & postea lapsus, penè ad exitum sui, cum populo Romano belligeraverant. Sed tandem documentis apparuit, ostentum illud Augusti potentiam portendisse. *Suetonius in Augusti.*

Atheniensibus responsum è Dodona redditum fuerat, Sicilian coloniam deducendam. Non longè ab urbe erati terre non sanè magnus stimulus, cui Sicilia nomen. At illi oraculi vocem alio trahentes, extra fines bellum inferre ausi, apud Syraculas magna sunt clade affecti. *Pausanias in Arcadicis, & Suid.*

COLONLARUM.

SEDECIAS Judæorum rex suspecta habebat Prophetarum duorum oracula, Hieremias & Ezechielis: quod hic quidem cum Babylonem non viturum affirmaret, ille vero Babylonem victum abducendum affereret. Ceterum errorem ejus res ipsa coarguit. Nam Babylonem vincit, & Nabuchodonosore abductus fuit: verum oculis orbatus, urbem vicere non potuit. *Iosephus lib. 10. Antiq. Verba Hieremias sunt c. 24. Et tu non effugies de manu Nabuchodonosoris: sed comprehensione captivus, & in manum ejus traheris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & eo es ejus cum ore tuo loquetur, & captivus in introibis. Attamen audi verbum Domini, Sedecias Rex Juda, hæc dicit Dominus ad te, Non morieris in gladio. Ezechielis vero c. 12. hæc: Et extendam rete meum super eum, & capietur in sagina micæ: adducam eum in Babylonem in terram Chaldaeorum: at ipsam non videbit, ubique motietur.*

CAPTIVITATIS.

EXULUM REDUCENDORUM. THEAGENIS Thasio, athleta nobilissimo, post mortem statua posita erat. Hanc cum obrectatorum quidam flagris caederet, statua

A statua subito casu hominem oppressit. Filii hujus statuam de caede possulant. Ea igitur Thasorum sententia ex Draconis lege in mare abjicitur. Factum hoc magna terrae fertilitas per multos annos subsequitur. Thasi Delphos mittunt ad consulendum oraculum. Responsum ferunt: Exules revocandos. Illi omnes, quos noverant, ab exilio revocantur. Nec tamen fertilitas definit. Igitur iterum per legatos de ira deorum conqueſti sunt. Respondit ipsis Pythia:

Theaginis ac vestri nullam rationem habuistis. Ibi per piscatores in altum profectos, inter pisces etiam statuam Theagenis in litus producunt. Quam ubi in loco suo repositissent, cessavit quoque fertilitas. *Pausan. in Eliac. lib. 6.*

DE PRODIGIIS, OSTENTIS.

Bello Syraculano, cum Nicias Atheniensium dux classem subducere ex portu Syraculano vellet, & Luna defecisset, vehementer perturbatus est. Prodigium erat alioquin id, ut Philochorus ait, fugientibus admodum faustum: siquidem occultari, quae geruntur cum metu, quaerunt, lucem habent infestam. Et quidem in solis & lunae laboribus non nisi tribus diebus, ut annotavit in commentariis Auroclides, soliti erant sibi cavere & eos suspectos habere. Nicias vero alium suadebat expectandum lunae ambitum, & relicta aliis penè omnibus, digressus sacrificavit reses: quosque hostes eos fecidissimè circumvennerunt. *Plut. in Nicia.*

DE SOMNIIS, SOMNIA NON RECTE INTELLECTA.

AGAMEMNON Graecorum ad Trojam dux, Achilli Briseidem eripuerat. Thetis pro filio Achille apud Jovem intercedit, ut propitius in justum regem Graecorum Trojanis inferiores reddat, donec ipsa sentiant, quantum damni ex injuria Achilli illata perceperint. Jupiter somnium mittit ad Agamemnonem, eumque propter copias educere jubet. *ἄνδρα γὰρ ἔδει πάλαι δρῶντα τρωῶν*, quod nunc esset captivus illum. Jovis non est mentiri. Et tamen eo die urbem non cepit. Praevidebat Agamemnonis errorem Jupiter: & propterea in homonymo Iulio. Namque adverbium *ἄνδρα* Graecis non tantum praetens infans significat, sed latitudinem habet, & ad praeteritum, quod non multum ante praecessit, & ad futurum, quod non longe abest, referri consuevit. Jupiter igitur *ἄνδρα* intellexit de decimo anno, in quo jam erant, quod scilicet non longe abest illi exitium. At Agamemnon de praesenti die somnium interpretans, Graecos eduxit in aciem, & magnam cladem passus est. Jove Thetidi obsequente. *Iliad. 6.*

CYRUS Abbas rex contra Massagetas, ubi perit, ducto exercitu per quietem imaginatus est, se Darium Hytaspis filium maximum natu cernere, duas in humeris alas habentem, quarum una Asiam, altera Europam inunbraret. Erat Hytaspis Aristimenti filio ex liberis Darius natu, maximus, qui tum viginti annos natus, in Perside fuerat a patre relictus. Hytaspem Cyrus somno experrectus, suspensioque nocturna specie, remotis arbitris affatus, se certo deorum monitu competum habere ait, à Dario ipsius filio sibi suoque regno infidias parari. Iret ipse domum, dareque enixè operam, ut quum Massagetis victis in regnum direxisset, sibi filium sisteret; interim in officio contineret. Haec ille fatorem ignarus, reumque ad Darium haud multo post perventurum; quod brevissimo Cambysis regno interjecto accidit. *Sabellius lib. 6. Enead. 2.*

ONOMARCTUS, qui Philomelo Phocensi facilegorum eorum, qui templum Delphicum spoliarere, duci successit, in quiete visus est sibi videre aeneum Colosium, quem in Apollinis templo Amphychionis poluerant, manibus suis in majus refingi, & ampliore multo fieri. Hinc coniciebat, nominis amplitudinem sibi in imperio, deorum ope, adfuturam esse. Sed secus se res habebat, contraque id portendebatur Phocensibus, qui ob direptas res facras ab Amphychionibus male habituerant, auctiore poenam Onomarchi manibus adiunctum iri. Itaque evenit. *Diod. lib. 16.*

Cum observata esset Antigono Macedoniae regi species in somnio, messem autem decalcantem Mithridatis, deliberatum habebat illum perimere. Quod cum filio declarasset Demetrio, adegit cum sacramento tacitum habiturum. Hic trahens secum Mithridatem, ambarumque cum eo juxta mare, in litore ferro imae lanceae exaravit: Fugite Mithridates. Quod ille intelligens, profugit in Pontum, atque illic regnum perpetuo tenuit. *Plut. in apoph.*

ELIZABETHA DAREA, genere Lotharinga, & inter rusticae. Enas Mulieres in tenui fortuna nata, cum vicinis narasset, videri sibi magnum fulgur parere, ab eis haud longè postea facta fuit. Puellam enim enixa, nihil minus quam ullius magnificè factum partum edidisse videbatur. Ceterum puella, quae nomine Jana Pullicella, hoc est, virgo, nuncupata est, victores, Briannos (qui totam penè Galliam occuparant) eiecit. *Fulg. lib. 1. cap. 5.*

Contingit in Cambriae finibus, Demetriae scilicet provincia quadam, quae Kemmesia dicitur, ut Vir quidam locuples ibidem mansionem habens, à Boreali videlicet montium de Praefech latere, tribus noctibus continuis in fomnis moneretur: quatenus in fonte proximo (qui sancti Bernaci fons dicebatur) lapidi, qui scaturigini fontis supereminerebat, manum submisit, aureum inde torquem extraheret. Qui die tertio monitis obtemperans, vipereo ibidem morſu lethalem in digito lesionem accepit. *Sylv. Giraldus in Hibernia expugnata lib. 2. cap. 42.*

AMURATUM III. Turc. Imp. inter alia vana quoque sanium permutavit ad Persicum bellum, quod stare sibi visus est per quietem in medio mundi, fluv. arbore maxima, cujus esset rami duo, longissimum ad intervallum exporrecti: Nam alter ad extremos Solis Orientis, alter ad Occidentis fines extendebatur. Praeterea sibi visus est conspici serpentem magnitudinis immense, quem ab Oriente profectum, & ad se provoluntum, fuste, quem manu teneret, interfecerit. Eius ergo interpretatione de Imperii sui dilatazione, & Schachii Persici internectione, motus continant, licet Muhemet Cadabamba per legatos, & literas pacem sanctam se culturum promitteret. *H. Hennings in general. Turc. Imp.*

DE ALIMENTORUM USU.

Monachi Claravallis sub disciplina divi Bernardi, manibus laborantes, victum durissimum & amarissimum, & sterilitera productum, summa cum delectatione manducabant. At quia voluptatem corporis perniciosam esse audiverant, ne hac ipsa delectatione peccarent, verebantur. Gulielmus Episcopus Catalaunensis super ea re consultus, aperte pronunciarit, Dei dona propter gratiam Dei reculantem, inimicum esse Dei gratiae, & Spiritui Sancto resistere. Helisei exemplum imitandum qui ollam amaritudinis, in jectio farinae pusillo educoravit, ut G in alimentum Proprietarium apta redderetur. Ipsos quoque sterili terra amarum fumentes victum, divina gratia dulcissimum perferente. Itaque voluptatem hanc non modo non suspectam fugiendam, sed ut symbolum divinae benedictionis amplectendam. *Gulielmus Abbas in Bernardi vita.*

DE VESTITU.

VULSTANUS Vigornensis Episcopus, vilioris sui vestitus ex ovino pellibus hanc addebat rationem, quod non feres, sed Agnus Dei in templo contactaret. *Ranulphus in 7. c. B. Polychron.*

DE CLADIBUS.

Cellius Annalium lib. 15. & Cassius Hominia Hist. lib. 2. referunt, anno ab Urbe condita trecentesimo sexagesimo tertio à Tribunis militum Virgilio Manlio, Cario Posthumio, collegisque eorum in senatu tractatum, quid esset, propter quod toties inter paucos annos male esset afflicta Respublica: Et ex praepoto patrum L. Aquinium aruspicem in senatum venire iussim, religionum requirendarum gratia dixisse, Quod Sculpitium Tribunalium militum ad Alliam adversus Gallos pugnantium, rem dimicandi gratia fecisse postridie Idus Quinillis: item apud Cremeram, multaque aliis temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, male cessisse confidit. Res delata fuit ad collegium Pontificum. At hi flammur, postridie omnes Calendas, Nonas, Idus, atros dies habendos; ut hi dies neque praetiales, neque puri, neque comitiales essent. *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 16.*

DE VICTORIA.

JOANNES Reuchlinus & Henr. Corn. Agrippa falso tradiderunt, victoriam adversus Lyfiam & Antiochum Epiphanem Machabaeo Judae accidisse, quod has quatuor literas militari signo impressisset: *יְהוָה*, quibus significabatur *יהוה יריד*. Quis est par tibi inter fortes, o Jehova? Quis quidem bellicam fuisse testem militibus imperatam, ait, sed per hos characteres victoriam reportasse pernegat. *Bodinus lib. 2. Demonologiae, cap. 2.*

DE PAUPERIBUS.

ATOLANDUS, rex Saracenorum, cum fidem seferret Carolo Magno, multis victoribus adversus se clato, Baptismi lavacrum se postridie suscepturum esse: fide accepta, ad Carolum ipsa hora prandii venit; miratoque regii convivii apparatum,

Autem, feminudos inde quosdam, humilissimè accubantes, ac terra penè nuda prandentes, Qui hominum hi essent, sciscitatus est; qui tam humiliter & pro despicissimis discumbent: Cui Carolus: Sunt, inquit, hi, Aligolande, coelestis Dei nuncios, qui ad me venerunt. Ergone, inquit ille, tuum istum sequatur Deum, cujus nuncios tu ita aspernaris, ut quum ceteri latissimè epularent, ipsi omnium egenissimè, contenti pro & ludibrio tibi sint? valebis cum fidei tuo instituto. Et cum his in castra reversus, futuro se praesto accinxit. *Sabellius lib. 8. Enead. 8.*

De Antichristo.

JUDAS sub Pestinae Historiographiam superiorum temporum usque ad decimum Severi annum conscripsit, & adventum Antichristi suis temporibus futurum asseruit, quod & vitia hominum & crudelitatem eò pervenisse cernebat, ut diutius tolerati humanum genus à Deo non posset. *Plinius.*

PASCHALIS II. Papa anno 1102. (quo Germania & Italia horrendo seimare inter Henricum IV. Imperatorem & Pontificem afflicta est) ut novo Ecclesiae malo occurreret, Florentiam petiit, ibique conventu actus, Episcopus Florentinum, Antichristum natum esse, temere praedicantem, ex Patrum auctoritate, perfecta vaticini vanitate, compescuit. *Signorius lib. 9. reg. Ital.*

Nihil ineptius habuit omnium rectorum saeculorum imperitia, quam quod bodie indomita, garrulenti libidine Novatores ex Erebo per Lutherum & Calvinum excitati, passim apud suos traducant Romanum Pontificem, Christi in terris vicarium, tanquam si sit foris Antichristus; ille, inquam, insignis Christi adversarius, qui unicus in fine mundi ex Scripturae oraculis creditur venturus. Quam vesaniam simul & insaniam vide à nobis excussam in loco de Rom. Pont.

De Indici.

SENECA lib. de Superstitione, inter alia civilis Theologiae superstitiones reprehendit etiam sacramenta Judaeorum, & maxime Sabbata: inutiliter id eos facere affirmant, quod per illos singulos septem interpositos dies septimanam ferè partem aetatis sine periculo vacando, & multa in tempore urgentia non agendo ledantur. *D. Aug. lib. 6. de Civit. Dei cap. 10.*

PLUTARCHUS lib. 4. Quae. convitiata, de Judaeorum religione splendide inquit, dum totis viribus ostendere cogatur, Deum, quem colunt, non alium quam Bacchum esse. Nam, inquit, Jesuitum quod vocant, medus vinemissis agunt, mensalisque propontium variorum pomorum, tabernaculaque subeunt pampinis praecipue & hedera contexta, & diem, qui antecedit, festum tabernaculorum dicunt. Paucis diebus post alio festum apud eos, quod non obscurè, sed manifestè Bacchi dicitur, agitur. Est etiam apud istos certum festum eorumum & frondium, quo frondes tenentes in templum secedunt. Quid agant ingressi, late nos. Versimile est, Bacchanalia agere. Etenim tubis immittis, sicut Archivi Bacchanalibus Liberum patrem cieutes, utuntur. Alii accedunt cithara canentes, quos hi vocant Levitas, appellata, sive à Lybio, sive potius ab Evio, quae nomina sunt Bacchi, deducta. Nec Sabbatorum solenne alienum esse foris à Baccho; Sabbos enim vel nunc Bacchos vulgus dicit; atque hanc, cum Orgia celebrant, mittere vocem, ex Demosthene certè, cum Oratio intelligere possumus. Nec est absurdum, dictum festum esse ab agitatione, qua delectantur Bacchantes. Illi etiam ipsi dicto nostro iustagantur, & Sabbatum se colere; quod invicent se mutuo ad potandum & cibatum indulgentum. Sin verò quid rei gravioris impedit, deglutandum omnino cerè arbuturum vinum. Pontifex festis prodit in publicum mitra redimitus, pelleque cervina auro intertexta indutus, & tunica talarum cum cothurnis. Ex veste tintinabula dep. pendet: quae inter eundem resonant, sicut apud nos. Personant etiam in primis sacris & Dei nutrices, Chalodryas nominant. Praeterea thyrsus, qui è regione ostenditur coeli impressus, & tympana. Haec nimirum nulli extra Liberum patrem Deo conveniunt. Ad haec non addebent sacrificiis suis mel, quod apparat ab eo assuſo vinum depravari. Etiam hoc libamina suppeditabat, & ebrietatem aeternam vitam. Et hac quoque memoria barbari, qui à vasis ubi abstinent, potionem bibunt mellitam, dulcoremque viscosi radicibus & austeris interpolant. Ea Graeci agitant festa, quae Nephalia & Meliponda vocantur: quia purgantur est mel cum vino natura. Hunc porro haberi apud eos Deum illud quoque non parvo indicio fuerit, quod inter multas, quae apud eos sunt, poenas una sit extrema, quae iis, qui molantur, interdicit vino, quam diu stant, cui jus est praecedendi.

JUDICIUM DE ALIENIS. RECTUM.

Nemo de rebus ignotis judicat. At qualis habitus, tale judicium. Grammatici igitur de grammaticis, physici de amicis judicant, ne judicandi vel temeritate vel libidine amorem sine confundantur. Nos hoc in loco exempla iudicij asserimus in genere: In specie autem ad habitus Grammaticos Grammaticorum iudicium; ad Physicos, Physicum erit referendum. Titul. Oraculorum recte intellectorum; iudicij est Metaphysici: Notarum recte intellectarum, iudicij Grammatici.

THEORICUM.

Vide Acumen in Enigmati proponendis, vel solvendis, sub Tit. Certaminum sapientiae, item Enigmatum. HEROCLES Alexandrinus Philolophus dicebat, Socratis disputationes similes esse tesseris: erectas enim stare, utcumque cecidissent. *Suidas.*

Quamvis Galenus praceptorum suorum amantissimus fuerit, noluit tamen addictor cuidam esse, quam veritatis studio: & ob id sepe hominum rusticorum iudicium in plurimum esse sequendum monuit, quod incorruptum esset ac liberum, utpote ab haeresi nulla praecipuum. Servos appellabat omnes eos, qui vel Hippocraticos, vel Praxagoreos, vel ex alio quocumque tandem viro se nominarent: eligenda enim esse è singulis, quae optima essent, *Nullius addictum jurare in verba magistri. Commentario de libris propriis.*

D. AUGUSTINUS, Mediolani oratoriam docens, panegyricum coram Imperatore recitaturus, per vicum quemdam transiens, & Mendicem in taberna ebrium canentem audiens, ad comites conversus: O caecas mentes hominum! inquit, quam nos tanto cum studio & labore securam leuitiam affectamus, ad hanc miser ille jam pervenit, fordidiorem quidem nostram, sed & ipsius humilitatis causa solidiorem. *Testis in seipsum lib. 6. Confess. cap. 6.*

M. MURUS Cretensis, cum primam versionem Platonis Latinam à Marfilio Ficino exhibitam, plus aequo praecipitaram, nec hominum expectationi satisfacturam animadvertiret: ut & amici exhibitioni & suae fidei satisfaceret, primè paginam spongiam aratum penam induxit, & ad Marfilium G conversas: Hic prime paginam menda fustili: si flores, & reliquarum. Marfilius id unum dicens: Ergo & Plato mea culpa in spongiam incidit: *περὶ τῆς ἀληθείας ἡδονῆς*, & Platone & scipio magis dignam versionem multis post annis edidit.

In Leone X. Pp. ad absolutam laudem singulis rebus estimandis viguit iudicium excellens, eruditum, illustre, tanta admiratione omnium, ut plerique ex academia Romana fecunditate ingenii insignes, non temerè aliquid ab ipso Leone rerum suarum censuram expectarent. *Jovius lib. 4. ejus vita.*

PRACTICUM.

Ex Tit. Prudente in iudicando, & Libertatis in iudicando, & Praconiorum, exempla petantur.

PHILOPOEMEN Megapolitanus Achaorum Praetor, non existimabat decere forem ducent phalangen praecedere sed nunc apud primos, nunc apud postremos, aliquando etiam per medios obequitare, & omnes inspicere, ut si quod peccatum aut non rite administratum esset, conigeretur. *Polyenus lib. 6. & Plut. in ejus vita.*

Apud Herod. lib. 4. quum Ethiopum Rex confessisset à rege Persarum missam vestem purpuream, rogavit tincturae rationem. Eam quum ab Ichthyophages didicisset, *ἰσχυρὸς δὲ ἀνδρῶν ἐστὶν ἰσχυρὸς ἀνδρῶν τὰ μέτρα*. id est, Non solum ait homines esse iudolos, sed & vestes illorum esse dolosas.

MECHANICUM.

Consule locum Mechanicarum artium, ubi in specie de Picorum, de Statuariarum, de Architectorum, & similibus iudiciis agitur.

Horatius in Epistolis de Alexandri Magni praclaro iudicio in Mechanicis sic scribit: *Edicto venit, ne quis se, praeter Apellem, Pingeret, nisi alius Lysippo duceret: ara, Fortis Alexandri vultum simulantis.*

INEPTUM.

Titulus hic generalis est, particulares alios, ut puta Iudicium grammaticum, medicum, metaphysicum, mechanicum ineptum; sui ambitu complectens. Iudicium Hippomachus pugillandi magister, quam athleta quidam

A ex ejus discipulis specimen exhiberet artis, & circumstanti multitudine univerſa acclamatus, percuffit eum virga Hippomachus, inquit: Sed tu perperam, neque ſicut oportebat feciſti, quod melius fieri debebat. Nam ſi quid artificioſum præſtiſſes, non hi te collaudarent. Videur & Socrates Populi judicium repudiare in colloquio ad Critonem, cum Crito veniens ad eum in carcerem, ſtuderet, ut fugeret, & Athenienſium contra fe judicium anteverteret. *Ælian. lib. 2. de Var. hiſt. At lib. 14. hoc tribuit Hippomacho aulando.*

Simonides, quum ceteros laudando venaretur, ut aliquid darent, interrogatus: Cur non Theſſalos captaret? Stupidioſes ſunt, inquit, quum ut me falli poſſint. Qui querunt, quibus imponant, ad ſtupidos eunt. At qui tam erant ſtupidi, ut non ſentirent ingenium poematum illius, nec tangerentur amore nominis in poſteros tranſmittendi, non poterant ab illo falli. *Eraſ. Roterd. lib. 6. Apoph. ex Plut. de And. poetis.*

ALEXANDRO Magno regi, & quidem Ariſtotelis diſcipulo, gratus fuit ineptiſſimus ille *Chærilus, in cultris ſui verſibus, & male natis. Retulit acceptos regis munuſcula Philippus.*

B HORATIUS. SATYRUS quidam cum vehementer algeret, hyberno gelu ſupra modum læviente, à ruſtico quodam inductus eſt in prætorium. Admiratus autem, cur homo in flaret in manus ori admotum, rogavit cur ita faceret: iſ reſpondit, Ut frigidas manus halius repore caleſceret. Deinde ubi extructo foco, appoſita menſa in pulcem fervidam ruſum inſlaret, magis etiam admiratus, ſiſcitatus eſt quid ſibi hoc vellet: Ut pulcem, inquit, nimium ferventem halius refrigerem. Tum Satyrus furgens à menſa: Quid ego audio? inquit: tunc eodem ex ore patitur & calidum & frigidum eſſas? Valebis, neque enim mihi ratio eſt, cum ejuſmodi homine commune habere hoſpicium. *Eraſmus ex Arriano fabulatore.*

DEMOSTHENES, qui Philippi Macedonis rebus ſemper fuit in feſtus, itidem Alexandrum Magnum F. in concione nunc puerum, nunc adoleſcentem pro contemptum appellare ſolebat. Sed quam imperitè judicaret, eventus ipſe docuit ſultorum magiſter. *Sabel. lib. 4. Enn. 2.*

L. CRASSUS apud Ciceronem omne diſciplinatum atque artium genus, cognitione juris contineri aſſeverat, & quidem, ſi diis placet, libello xii. tabularum. Hoc idem noſtri quidam iuriconſulti habent perſuaſiſſimum. *Lud. Vives de Cauſis corrupt. artium lib. 1.*

Romans populus, Auguſto imperante, ut lib. 2. epiſtolarum epiſt. 1. teſtatur Horatius: *niſi qua terris ſemota ſuiſque Temporis deſuncta videt, ſuſcipit & odit. Sic ſantor veterum, ut tabulas peccare vetantes, Quas bis quinque viros ſanxerunt ſædera regum Vel Gabii, vel cum rigidis æquata Sabinis. Pontificum libros, annoſa volumina Vatum, Diſcutit Alabano Muſas in monte locutas.*

C. CALIGULA illuſtrium virorum ingenia contempſit, Homeri carnem abolere cogitavit, ſæpius diſcitans, licere ſibi quod & Platon, qui poetam ipſum ex ſua civitate ſuſtulit: parumque abſuit, quin omnia Livii Maronisque monumenta aboleret: hunc nullius fuiſſe ingenii teſtatur, illum negligenter & verboſam. Labieni Cordi, Cremutii, Caſſii Severi ſcripta Senatuſconſultis abolita, requiri, & eſſe in manibus, lecturæque permiſit: quando maximè ſua intereſſet, ut facta queque poſteris tradantur. Lenius compulſus ſcribendi genus adeo contempſit, ut Senecam tum maximè placentem, commiſſiones mæras componere, & arenam eſſe ſine calce diceret. *Suetonius.*

Q. RHEMIUS Palæmon grammaticus Vicentinus, M. Varonem porcum appellabat: ſecum natus & morituras litteras jactabat: ſedentique Palæmonem illum eſſe, cujus Virgilius in Bucolicis mentionem feciſſet, divinando, quod omnium aliquando poetarum atque poematum iudex eſſet futurus.

In Vacerram, *Martialis Epigram. lib. 8. Miraris veteres Vacerra ſolos, Nec laudas niſi mortuos poetas. Ignofcas petimus, Vacerra: tanti Non eſt, ut placeam tibi, perire.*

Multi ita addiſci & mancipi ſunt veteribus, ut quicquid non puta verus eſſe, contiudò dantem inaudium, incognitum, etiam ſi maximè ſit vetus, modò recens credant: ut ſcientia, ſi exiſtente eſſe vetera, adoret: neque enim iudicio adducuntur, ſed ſolo nomine. *Vidi, qui verſiculos hominis viventi, quòd in pervetere bibliotheca reperti eſſent pulvere*

obſiti, ac jam ſerè exſti tunc, aperto capite veneratus ſit, E tanquam Virgilianos, aut aliquid ejuſmodi: & alius Ciceronis epiſtoſam, cui conſultò nomen erat propoſitum Gallicum, magno factidio aperneus eſt, addito etiam convitio barbaræ Tranſalpinæ. *Lud. Vives de Cauſis corrupt. artium lib. 1.*

JUDICIUM TEMERARIUM.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Judicium temerarium, ſeu ſuſpicioſum, eſt, cum aliquis iudicat de his, quæ ſunt dubia vel occulta, propter aliquas leves conjeſturas, ſecundum *B. Thom. 2. 2. q. 60. art. 2.*

Fit autem hoc iudicium vel de internis vel de externis, quorum auctor eſt occultus: vel de futuris, ut v. g. hunc fore libidinoſum, incorrigibilem, &c. ut colligitur ex *D. Auguſt. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 28. s. Baſil. in Reg. Brevior. inter. 164.*

Martial. Epigram. lib. 12. ad Prifcum. *Sepe rogare ſoles, qualis ſim, Prifce, fururus, Si ſiam loquax, ſimque ſapienter potens. Quemquam poſſe putas mores narrare futuros? Dic mihi, ſi has tu leo, qualis eris? Idem Epig. lib. 12. ad Zelyopyam. Cum tibi nota ſui ſit vita ſideſque maris, Nec premas ſulla tuos ſollicitate choros: Quid quaſi preliſibus torqueris inepta miniſtris, In quibus & brevis eſt, & fugitiva Venus? Horatius ſerm. lib. 1. Satyr. 3. Stultus & improbus hic amor eſt, dignuſque notari, Cum tua pervideas oculis mala iuſtus immittis, Cur in amicorum vitium tam æris acutum, Quam ut aquila, aut ſerpens Epidaurius? Ibidem. Parcius hic vivit, frangi dicatur ineptus. Et ſaſtantior hic paulo eſt, concinnus amicis Poſtulat ut videatur: at eſt truculentior, atque Plus equo liber, ſimplex, ſortique habeatur: Caldior eſt, æres inter moreretur opinor. Hac res & jungit, iuſtus & ſervat amicos. At nos virtutes iſtas inverſimus, atque Sincervum cupimus vas incruſtare: probus quis Nobis cum vivit, multum demittit homo: illi Tardo cognomen pingui damus: hic fugie omnes Inſidias, nulloque malo latus abas aperium. Cum genus hoc inter vita verſetur, ubi actus Invidiæ atque vigenti ubi crimina, pro bene ſane Ac non incaute, ſiſtum aſtutiumque vocamus. Simplicitur ſi quis: qualem me ſepe libenter, Obrulerim tibi Mæcenas: ut ſorte legentem, Aut tacitum impellat quovis ſermone moleſtus: Communi ſenſu planè caret, iniquimus: eheu Quam temerè in noſmet legem ſancimus iniquam. Nam vitius nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt, Qui minimis urgetur.*

GRADUS JUDICII TEMERARII.

S. THOMAS diſtinguit tres gradus hujus iudicii. Primus, cum quis ſex levis iudicis dubitat de bonitate alterius. Secundus, cum malitiam alterius aſſumamus pro certo eſſe iſdem. Tertius, cum ex ſuſpitione proceditur ad aliquem condemnandum. Alii tamen quinque gradus faciunt, 1. in dubitando, 2. in ſuſpicando, 3. in opinando, 4. in ſerutur judicando, 5. in ſententiam efferendo. *Videatur Navar. in cap. ſi quis autem de pen. diſt. 6. num. 10. Antonin. pontif. 1. tit. 3. cap. 10. §. 9. ex Alberto.*

APHORISMATA ETHNICORUM.

DIODEGENES euidam ad oſtentionem ingenii multa de rebus celeſtibus diſtendit: Quam nuper, inquit, de celo veniſti? Socratem in hoc retulit, cujus eſt illud: *Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Laert. lib. 6.*

ANACHARSIS admitabantur, qui conveniret, ut artiſtes apud Græcos certarent, ſed de his iudicaret, artis experteſ?

A Sentiens, de arte quacumque neminem melius ſerre iudicium poſſe, quam ipſum artiſicem. Certabant in theatro hiſtoricos, canores, & gladiatores, quorum artes populus nequam intelligebat: nihilominus tamen aliis applaudebant, aliis explaudabant. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

STRATONICUS, Ptolemao rege de muſica cum ipſo diſſerente: Aliud eſt, inquit, o rex, ſceptum, aliud pleſtrum. Significans non eſſe regium de muſica cum muſico diſputare. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

Idem Minnaco fabro ſecum de muſica diſceptanti: Non animadvertis, inquit, te ſupra malleum loqui? Caſtigavit hominem de rebus ſibi ignotis & incognitis loquentem. *Item.*

Idem in eum, qui quum prius fuiſſet ollitor, poſtea factus muſicus de arte ſecum contenderet, pronuntia vit ſenarium Græcum vulgò celebrem:

Admiris tu ênas & eidem rēpulo. Quam quiſque novit artem, eam canat licet.

Idem, Zetho de muſica diſſerenti, Te unum, inquit, nequam oportet de muſica loqui, qui tibi nomen omnium à Muſis alieniſſimum elegeris, teipſum pro Amphione appellans Zethum. Amphion, ut eſt in fabulis, quædam citharæ condidit Thebas, at Zethus frater ruſticus fuit. Apparet, illum ſibi muſiſte nomen. *Eraſ. lib. 6. Apoph.*

PSALTES quidam apud Antigonum artis ſuæ ſpecimen edebat. Quum verò ſapienter Antigonus diceret: Conſtringe vocem & ruſus mediam: indignatione commotus, reſpondit: Avertant, o rex, à te diſ malum hoc, ut me melius atque exquiliſſis hanc artem teneas. Iniquè tulit muſicus ejus reprehentionem, qui à muſices ſtudio plane alienus erat, indignum eſſe putans, artiſicem reprehendi ab eo, qui manus ſidibus nunquam admoviſſet. *Ælian. lib. 9. de var. hiſt. in Apoph. de Philip. rege idem recenſet.*

Hippomachus pugilland magiſter. *Quare ſub priori titulo.*

APELLES tabulas in pergula proponere ſolebat, poſtque eas latitans, quid præterentes reprehenderent, auſcultabat. Sutor quidam reprehendit, quòd in crepidis pauciores una intris feſſerant: tulit hoc tacitus Apelles: poſtmodò quum idem circa cruſ aliquid notaret, Apelles indignatus proſpexit, denunciavit illi: Ne ſutor ultra crepidam iudicaret. Quod & ipſum in proverbium abiit. *Bruſ. lib. 1. cap. 10.*

ZEVXIS Megabyzus, quum aliquando picturas tenuerit, & riditer conſectas laudibus extolleret, alias verò cum ſumma induſtria elaboratas reprehenderet, pueri Zeuxidis eum deridebant. Zeuxis itaque: Cum tacet, inquit, Megabyze, necio quid magni de te ſibi pueri hi pollicentur: reſpicunt enim ad veſtem & cultum tuum. Simul ac verò artiſicium vis dicere, te contemnat. Parcior igitur & conſiderator ſis in laudandis, compenſans linguam, neque cuiuſquam, que nihil ad te attinet, opera vel artem collaudes. *Ælian. 1. 2. de var. hiſt. Sed hoc ipſum Bruſon. lib. 3. cap. 16. & Eraſ. lib. 6. apoph. Apelli adſcribit: Plinius autem pro Megabyzo ponit Alexandrum Magnum.*

POLYLETUS inſignis ſtatuarius, eodem tempore duo ſimulacra fecit, alterum ad arbitrium plebis, alterum juxta petiitæ artiſicis notam. Gratificatus verò plebi hoc modo eſt. Ad ſingularium acceſſum tranſpoſuit, & commutavit aliquid, motem gerens uniuſcujuſque voluntari & enarrationi. Itaque propoſuit utrumque. Et alterum quidem omnes admirationis, alterum ludibrio ac riſui habuerunt. Reſpondens autem *D. Polyletus:* At hoc, inquit, quod vituperatis & reprehenditis à veſtra arte profectum eſt: quod verò ſuſcipitis, ego mea facilitate ſum fabricatus. *Ælian. lib. 14. de Var. hiſt.*

Rome in foro pendebat tabula quedam, habens imaginem paſſoris veruli cum boedo: de hac Teutonum orator rogatus quatuor eam æſtimaret? ſaris Germanicè reſpondit: ſe malle ſiſto doni dare talent vivam, aut verum. Non ſpectavit artiſicium pictoris, ſed formam tantum, nec potuit etiam iudicare de re ſibi ignota melius. *Eraſm. lib. 8. apoph.*

Christianorum.

Sapientiam Judicis ex eo ſpectari, ut non ſolum quid poſſit, ſed quid debeat etiam; neque quantum ſibi permiſſum, ſed quantum commiſſum, ponderet; auctor eſt Tullius. His enim patens non temerè quis ad verendum de quopiam iudicium te ingeret: quod etiam ſentiebant olim Nicodemus. Nam cum Phariſæi multa de Chriſti operibus ex ſervis Pontificum aliſſe audirent inviti, eos acruſ perſtrexerunt; quibus Nicodemus (ille, qui venerat ad Jeſum nocte) Nunquid lex noſtra

iudicat hominem, niſi prius audiverit ex ipſo, & cognoverit quid faciat? Non temerè ergo, ſed ex cauſa & æquitate cognitione procedendum inſinuat. *Joan. cap. 7.*

De Moſe Abbate. *Quæſ. Vide Tit. Iudicij ſuſpenſio prudens & cauſa religioſa pietatis.*

Venit ad Paſtorem Presbyterum & Monachum religioſus quipſiam, de cœnobio exire contendens, cò quòd cum fratre, qui male apud quofdam audiebatur, remanere nollet; cui ille: Ne facile malum credideris, quod audiviſti: cumque alius te ex relatu viri fidelis id accepiſſe aſſereret, adjeccit: Si fidelis eſſet, nunquam id tibi diſſet. *Idem ibid.*

JUDICIUM PROPRIUM.

POENÆ EORUM QUI IN PROPRIO JUDICIO PERTINACES.

Joan. Caſſ. collat. 2. c. 5. Oculorum veſtrorum vidisti obſtutibus, ſenem Heronem ante paucos admodum dies illuſione diabolica à ſummis ad ima dejectum, quem quinquaginta annis in hac eremo commoratum, ſingulari diſtinctione continentie rigorem tenuiſſe meminimus. Hic igitur quo pacto poſt tantos labores, graviffimo corruens lapſu, cunctos in hac eremo conſtitutos luſtuoſo dolore percudit? Nonne quia inſus diſcretionem poſſeſſa, ſuis definitionibus regi, quam conſiliis vel collationibus fratrum atque inſtitutis majorum maluit obedire? Quæ præſumptione deceptus, Angelum Satanæ, velut Angelum lucis, cum ſumma veneratione luſcipiens, ejuſque præceptis pronò obediens famulatu, ſemetipſum in puteum, cujus profunditate oculorum non attingit intuitus, præcipitem dedit, de Angeli ſuſpitione non dubitans, qui eum pro merito virtutum ac laborum ſuorum, nequaquam poſſe firmaverat ulli jam diſcrimini ſubjacere. De quo ingenti fratrum labore extractus, vitam die tertia finiturus, in deſpectionis ſuæ obſtinatione permanſit, non credens, quòd dæmon calliditate fuiſſet deluſus. *Quæſ. Vide ſupra Iudicium Metaphyſic. De operibus Religioſi exemplum.*

MACARIUS Abbas, cum aliquando dæmonem vidiffet multum onuſtum ollis, rogavit illum, quis ollarum foret uſus; qui reſpondit, ſe ſolere monachos variis illecebris à virtutis cultu abducere, & jam unum eorum in naſſam pellexiſſe, cujus & nomen prodidit. Quum Monachus mox Macarius convenit, cognovit cum Tentationes ſuas Patri ſpiritali non pateſciſſe; atque idèd monuit, ne deinceps ſuo iudicio fideret, quòd & fecit. Cum verò poſtea dæmon iterum fe ſpectandum præbuiſſet, percontatus ab eo eſt, num dicitur monachus adhuc inter amicos eſſet? ille furioſè reſpondit, ex amico factum hoſtem. *Greg. 4. dial. lib. cap. 42. habet exemplum Paſchaſii ob hoc peccatum penas purgatorii ignis perſerentis. B. Doſrotheus ſerm. 8.*

JUDICIUM ANIMARUM FINALE.

PARTICULARE, ET UNIVERSALE,

Quod & extremum.

Ac PRIMUM, DE PARTICULARI.

Conſtans Catholicorum eſt ſententia, dari iudicium particulare, quod exercetur, ſive divina virtute, ſive per Chriſtum immediate in forma hominis, ſive per Angelos, in animas, ſimulac corpore per mortem fuerint egreſſe. Ita *Theologi: in q. diſt. 47. & S. Thom. 1. 2. q. 59. art. 5.*

In hoc autem iudicio unicuique innotefcit ſententia ſua, & ſtatum ſuum quem in vita meruit, vel demeruit, cognofcit. Unde & Paulus *Heb. 6.* Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, & poſt hoc iudicium: quæ verba exponit Ambroſ. & poſt mortem iudicabitur uniuſcujuſque juxta merita ſua. Fidei enim eſt juſtus, in quibus nihil purgandum, ſtatim recipere præmium, animas verò damnatorum etiam ſtatim tradi ponis, ut conſtat ex hiſtoria Lazari & Epulonis, *Luce cap. 16.* Præmium autem & poena non dantur ſine juſta ac juridica retributione. Hinc Eccleſiaſticus: In fine hominis denudatio operum ipſius *cap. 11.* Ut verò hoc iudicium fiat, non eſt neceſſarium animam deſerri in cœlum, aut Chriſtum ad illam deſcendere: ſed ſufficit, in inſtanti mortis animam intellectualiter elevari ad audiendam iudicij ſententiam, & hoc eſt iſti illuſtri baa-

A bunali, absque locali mutatione. Imò verisimile est, animam eo instanti cognoscere se iudicari, imperio & efficacia non solum Dei, sed & hominis Christi, qui constitutus est Judex vivorum & mortuorum. Itaque in illo instanti, quo à Christo sic iudicantur, constituntur in loco, in quo ex vi Iudicii & Imperii Christi futurae sunt. Christus autem hac potestate iudicaria uti cepit, ex quo in statu glorioso est constitutus, & omnem potestatem accepit in caelo & terra.

Exemplis historici confirmatur terror huius Iudicii. Hoc iudicium inevitabile, non modo peccatoribus, sed etiam sapientibus sanctis terribilis ejus est expectatio.

Hinc sanctus Rex David aded timebat, ut sollicitè rogaret: Non intres in iudicium cum servo tuo Domine. Psal. 142.

Anno Domini quadringentesimo decimo nono, sub consulibus Monaxio & Plinta, multa Palestinae civitates, villaeque terramotu collapsae sunt. Sed pro hoc tor annis jejunavi. Aliquando verò: Non certe, sed mentimini, hoc non feci. Deinde rursum: Ita verè est, hoc ita est; sed flevi, sed ministravi: Ac rursum: Verè me accusasti. In quibusdam etiam aliquando ajebat: Ita sanè, & quidem ad hæc quid dicam non habeo; ideo misericordia est. Idem Climacus ibid. grad. 7.

Hinc iudicio particulari fidem facit spectaculum, anno 1092. exhibitum. Scribit Franciscus Puteus, in vita Brunonis auctoris Cartesianae familiae, floruisse eo tempore viram doctrina inter omnes eximium, & quod quidem ex exterius moribus iudicari poterat, virtute & sanctitate prædium: quibus rebus celebratè nominis præter ceteros affectus fuerat. Hic igitur tantus vir in morbum incidit, munitur Sacramentis, moritur. Confluunt ad funeris honorem, ut par erat in homine, qui magnum sui desiderium relinquere, variorum artium doctores, & studiosi: alii præterea magno numero mortales. Effertur longa pompa: deponitur in medio templo: circumstat, qui exequias Christiano more decantet. Ubi ad eam lectionem ventum est, cuius prima sunt verba: Responde mihi, &c. cum omnium admiratione & horrore cadaver exsurgit, & clarè, ut à tota circumfusa corona exaudiret, exclamat, Iusto Dei iudicio accusatus sum. Hoc dicto, iterum recubuit. Tam admiranda res, omnes, qui aderant, divini terrore complevit. Itaque visum est differre, ac postmodum instaurare fuit. Interim fama tam novæ rebus, & in ampla & populosa urbe, infinitam utriusque sexus multitudinem undique excitavit. Postmodum instauravit exequias. Circumstant omnes expectabundi. Atque ecce, ubi iterum illa verba pronuntiata essent, iterum cadere se erigens exclamavit: Iusto Dei iudicio iudicatus sum, iterumque reclinat caput. Jam verò incredibilis omnibus ineffis pavor. Sed quod nondum etiam, quod de ipso sententia lata esset, appareret; (suspicari enim poterat, accusatum illum esse à criminatore diabolo, iudicatum quidem à Deo, sed solutionis sententia) visum est tertio proferre diem funeris. Cum verò tota civitas ad tam inusitatum spectaculum concurreret, peragitur, quod vocant, Officium defunctorum. Ad eundem locum lectionis, hic tertio infelix ille caput erigens, horribili boatu divini tribunalis sententiam proclamavit: Iusto Dei iudicio condemnatus sum. Quis fuerit tunc omnibus præsentibus animorum sensus, qui pallores, qui tremores, qui metus, verbis explicari non potest. Unum hoc constat, Brunonem adolescentem, studentem litteris, cum sex ejusdem studii & ætatis sodalibus, ex tam horribili iudicio hominis omnium opinione probi, & sancti, tantum pavoris concepit, ut relicto seculo, in montes Sabaudie, & Delphinatus extemplo auferent, atque in sylvas, quæ ipso horrore inferos semper representarent, se abdidit. Testatur in hodiernum diem terroris illius magnitudinem toto orbe extructa, & mira sanctitate florentia Cartesianorum monasteria, quorum ille Ordinem, inusitata corporis aperia-tate, tum primum cum sex illis sodalibus inchoavit. Franciscus Puteus in vita S. Brunonis apud Petr. Tyr. de iudicio particulari. cap. 6.

Cum Udo Episcopus, ne signis quidem, ac divinis vocibus communitus, ab impudicia sibi temperaret, viri religiosi Deum, ut Episcopum aut corrigeret, aut tollerent, rogaverunt. Inter eos, cum noctu in Ecclesia S. Mauriti Fredericus Canonici ejusmodi precibus operam daret, vehementius ventis afflato omnia, que in templo erant, lumina extingui perspexit: nec postmodum, dum juvenes venire duo candelabra accensis cereis ferentes, & Christum cum parente ejus, atque Apostolis suble-gant. A quibus cum essent vocati sancti homines, quorum corpora in templo quiescebant, visus est inter eos Mauritius venire, qui longa atque gravi oratione Udonom Episcopum accusavit,

S. HUBERTUS Episcopus Leodiensis, ad extrema vite deductus, post varias salutis monitiones, quas ad domesticos habuit, adjecit: Mihi, inquit, non mediocri infilit angor, reminiscenti, ministerii mihi injuncti quanta debeat esse perfectio: & e contra, quam sit contemptibilis vite meæ inofficiosa correctio. Ecce iudicis mei jamque considero à nuptiis reditum, cum tamen mihi desint lampades repletae bonorum operum perfectione, charitatisque luce irradiatae. Quibus ejus terribili, atque splendifico dignè valeam occurrere adventui. En rationem positurus de talentis redit, mihi que timeo dici, quod servus negligens audivit: Redde rationem villicationis tuæ: Itemque: Serve male & piger, oportuit te pecuniam meam committere nummulariis, vel ad mensam, & ego veniens recepissem utique, quod meum est, cum usuris. Gregis mei te postui pastorem, exercitusque Ecclesiastici ducem: lactis eorum ubertate famem, lanarumque tegmine frigus repellere consuevisisti algorem. Præsertim ergo necesse est eorum salvationem, quorum te præposui præselem. In vita ejus per scriptorem contemporaneum, apud Suriwm 3. Novemb.

Non omittam hic Solitarii illius, qui in Choreb habitabat, referre historiam. Hic cum diutius negligentissimè vixisset, nullamque anime suæ curam penitus haberet, morbo tandem comprehensus, ad extrema deductus est. Cumque jam è corpore perfectè migrasset, post unam horam in seipsum rediit, oravitque nos omnes, ut inde protinus abscederemus, & cellæ aditu lapidibus obstructo, permansit interius annis duodecim, nulli omnino quidquam loquens, nec aliquid quidquam præter panem & aquam degustans. Sedens autem ea tantum, quæ in excessu viderat, attonitus volebat, atque in his aded fixo semper erat cogitatu, ut nunquam jam vultum immutaret; sed semper sic attonitus perdurans, vim lacrymarum ferventium tacitus profunderet. Cum verò jam mortis esset proximus, rupto ac patefacto aditu, ingressi sumus. Cumque ab illo doctrinæ verbum supplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audivimus: Ignoscite mihi: Nemo, qui revera mortis memoriam agnovit, peccare unquam poterit. Joannes Climacus lib. de 30. Grabibus, grad. 6.

Hinc aliam mirabilem ad animarum edificationem adjiciam historiam. Stephanus quidam hoc in loco habitans, solitariam & quietam vitam adamaverat. Hic cum annos plurimos in monastico certamine egisset, jejunisque maxime & lacrymis esset ornatus, aliique præterea virtutum privilegia foret, cellulam ad radicem montis, in quo facram illam divinamque visionem speculatus olim fuerat Helias, sibi construxerat. Hic igitur tam venerandis moribus, intentione majoris laboriosiorisque penitentiae profectus est

A cufavit, quem haud multò post Christum nudum adferri à duobus iussit, atque damnavit. Is autem pugno ab ipsorum altero, qui eum portavit, graviter in mediis renibus ictus, Christianam hostiam, quam in communione ejus diei pridie sumptaret, revomit in calicem; qui altari impositus fuit, atque securi percussio Udone, rerum illorum omnium visio evanuit. Quare vehementer terretur Federicus, cum ad altare accessisset, calicemque in eo esse cum Christiana hostia insperasset, & simul Episcopum mortuum, humi jacentem, alios religiosos viros excitavit, qui ablatum inde Episcopi corpus in agro sepeliverunt. Fulgosi. 1.9.2.12. Naveler. vol. 2. gener. 37. Antonin.

Circa annum Domini 587. Guntramno Regi de Chilperico, pessimo Francorum Tyranno, visio hujusmodi fuit ostensa; quam ipsemet Rex apud Gregorium Turonensem sic narrat: Vidi & ego aliam visionem, quæ hujus interitum nunciavit. Adducebatur enim in conspectu meo à tribus Episcopis vinculus carenis, quorum unus Terticus, alius Agricola, tertius verò Nicetius Lugdunensis erat; è quibus dicebant duo: Solvite eum, quæso, & castigatum abire permitte. Quibus è contrario cum amaritudine Terticus Episcopus respondit: Non fiet ita, sed igne concremabitur pro scelere suis. Et cum diu multumque altercantes, quasi hæc inter se verba conferrent, conspicio eminus ahenum super ignem positum fervere vehementer. Tunc me sicut apprehensum intellexi Chilpericum, contractis membris, projectum in ahenum. Nec mora, inter undam vapores ita dissolutus, ac liquefactus est, ut nullum ex eo penitus indicium remaneret. Greg. Turon. lib. 8. hist. Franc. cap. 5.

Non libet autem & miraculum silentio prætere, inquit, Martinus Cramerus, quod illo tempore multis testibus accidit. In Polonia homio quidam splendidi equestris ordinis, sed violentus, & rapax, & suis juxta ac alienis gravis, cum graviter ægrotaret, admonitus crebro à religiosis quibusdam viris, ut ad Dei celum confugiens, animæ suæ salutem consulere, negavit sibi venire locum relicum esse; jam enim divino iudicio traditum se esse demonum potestati. Nec mora; audiuntur à circumstantibus vehementium verberum, & confusorum strepitus: apparent in corpore ægroti fædi livores atque vibices, ut ai omnes obstupescerent. Inter hæc ille infelix nullam vocem nullumque gemitum edens, ter infelicem animam exhalavit, hic exortus supplicia, quæ deinde apud inferos æternum expendere, ut esset exemplo suis, qui ex aliorum incommotis student sua commoda parere. Annus tunc agebatur 1276. Cramer. lib. 9. de rebus Polonorum.

JUDICII SUSPENSIO, PER ORATIONES SANCTORUM.

In Provincia Valeræ erat vir quidam vite valde admirabilis, nomine Severus, Ecclesie beate Mariæ Dei genitricis, & semper Virginis, Sacerdos. Hunc, cum quidam patrumfamilias ad extremum venisset diem, missis concitè nunciis rogavit, ut ad se quando ocyus posset, veniret, suisque orationibus pro peccatis ejus intercederet, ut acta de malis suis penitentia, solutus culpa de corpore exiret. Qui videlicet sacerdos, inopinatè contigit, ut ad purandam viciniam esset occupatus, atque ad se venientibus diceret: Antecedite; ecce ego vos subsuro: cumque videret sibi in eodem opere parum aliquid superesse, paululum moram cepit ad egrum pergere. Eunt verò in itinere occurrentes hi, qui prius venerant, obviam facti sunt, dicentes: Pater, quare tardasti? noli fatigari, quia defunctus est. Quo audito clamare cepit. Plens itaque pervenit ad corpus defuncti, & seque coram lecto illius cum lacrymis in terram dedit: cumque jam vehementer fleret, in terram caput tunderet, seque cum mortis illius clamaret: repente is qui defunctus fuerat animam recepit. Quod cum multi, qui circumstantes, aspicerent, admirationis vocibus emissis, cooperunt amplius flere præ gaudio. Cumque eum requirerent, ubi fuerit, vel quomodo redisset, ait: Terri valde erant homines, qui me ducebant, ex quorum ore & naribus ignis exibat, quem tolerare non poteram: cumque per obscura loca me deducerent, subitò palchra visiois juvenis, cum aliis, nobis euntibus obviam factus est, qui me trahentibus dixit: Reducite illum, quia Severus Presbyter plangit: Ejus enim lacrymis Dominus eum donavit. Qui, scilicet Severus, profinis de terra surrexit, eique penitentiam agenti operam suam intercessionis

præbuit. Et dum per dies septem de perpetratis culpis penitentiam ager redvivus ageret, octava die lactus de corpore exivit. S. Greg. Magn. 1. Dialog. cap. 12.

In urbe Roma vir quidam, Andreas nomine, non opere, divitiis, & vite deliciis affluens; laxæ conversationis amplam terebat viam, animam oneri, corpus habens voluptati; cui præter nomen Christianitatis, & emortuum fidem Christianæ religionis, nihil videbatur inesse, excepto quòd Beato Casario martyri devotus, Ecclesiam ejus cum cereis frequentate solebat. Hic generali mortis conditione præventus, sed sui penitens, ultimum efflavit spiritum. Nec mora, corpus in feretro compositum, stentium, & plangentium, & amicorum tristi ambicatur obsequio, sepulturam ejus, ob quædam impedimenta, in diem alterum differendum. Itaque protractis ad medium noctis excubiis, alto silentio cunctis, altoque stupore percussis, repente feretrum moveri cepit; elevansque caput, qui jacebat exanimis, cum undique circumspiciens, ampliore videntibus terrore inensississet, fugæ præsidium nonnullis arripientibus, omnibus verò pariter mente constematis, in feretro recedit. Interim prudentiores fiducia nonnihil sumpta, procul quibusdam subsistentibus, propius accesserunt, & inspecto quilibet homine, quid rei contigisset, sciscitanti sunt, utrum phantasia diaboli illuderetur, an insuetæ mortalibus lege ab inferis redvivus emerisset, vel (quod magis erat in suspitione) languoris immanitate pro mortuo habitus, oculos tantum intuentium fessellisset, cæterum vitam non planè amisisset. Ad hæc ille graviter suspirans: Non, inquit, simulatè, sed vetè in mortis incidi fortem. At verò perpetuæ mortis sententiæ, & in anima, & in corpore (proh dolor!) lucerem Cæsarii martyris digna Deo non intercessisset supplicatio. Subjungensque secundum tenorem interrogantium: Ubi fuisset, quid vidisset, & ut rediisset, ait: E corpore violenter ejectus, ad terribile nimis pavendum Christi solum ducebar: ibi circumstantibus cum tremore millibus Angelorum, ego miserimus conscientia reus, nec oculos in quantum illum supplex attollere præsumebam, solummodo districti iudicis tristem sententiam accipiens, à terrimis, & horrore plenæ monibus, ad æternæ damnationis loca traher abique misericordia, peccatisque feriens, ac nimis febriliter ingemiscens illius, inquit, horre miseria, nullis dignè exponenda verbis, mei cordis memoria nunquam elabitur. Cuius me sentem proacissimi demones cachinnantes, & meique casibus insultantes, ad perditionem atrociter impellerent: pretiosus martyr Cæsarius, meis calamitatibus pie commotus, cum favore sanctæ Dei Genitricis, sanctorumque Apostolorum, & Martyrum, procedit ante Dominum, vultum suorum stigmata demonstrans, & dicens: O clementissime Domine, tremendi nominis tui causa, hæc quondam libenter excepit; nec erat in his perferendis, licet caro gemeret, ulla reluctatio mentis, dummodo temporalium tormentorum aperiret corpus semel enecatam, nullius deinceps tristitia stimulis vel animam, vel carnem, te præfide, afficeret. Quid itaque te, qui pius es, insipienter, novis in corde doloribus denuò premor? Ecce qui meo credulus patrocini, vitam suam mihi commisit ex integro, præcepit impellitur ad inferos, jamque merito fulticia arguitur, qui vana spe seductus me colerit ut vitæ suæ gubernatorem, quem in allevandis saltem suppliciis habere non possit intercessorem. In his vocibus eo coram Christo jacente, piissima Dei genitrix Virgo Maria cum reliquis sanctis se adjungens, si hilius & Dominum suum ad voluntatem martyris sui flexit: per cuius imperium pessimis demonibus ereptus, jam venie securus, & vite, corpus ad hoc reinduere iussus sum, ut his cognitis uniusquisque salutis suæ sollicitior reddatur. Hæc homine perorante, cum adstantes stupor invaderet, collegit se super feretrum, & obiit. Tali conclusione rem doctor egregius finiens, omnes suspitibus, & compunctione, quod audierant, commendantes, mox allocutus est: Et vos, fratres, vosque sorores, hujus considerationem facti in cordium vestrorum secreta admittentes, ad quemcumque devotionis, & servitii cultum vos ipsos sanctis Dei offerte, ut extreme tribulationis angustias arctati, quemlibet sanctorum tantò letior quique vestrum illic patronum experiatur, quantò devotior hic in ejus vixit obsequio. In vita S. Amonis Archiep. Colonienfis lib. 1. c. 25. apud Sur. 4. Decemb.

Accedant his exempla eorum, qui se iudicatos testati sunt. Scribit B. Greg. lib. 4. Dial. cap. 26. de quodam Stephano, qui cum esset mortuus, & iudici oblatus, audivit iudicè dicentè: Non hinc, sed Stephanu Ferratiu vocati iusti; atq; ita ille re-

A vixit, & simul Stephanus Ferrarius, qui in vicinia morabatur, obiit: cui simile narrat S. Aug. lib. de cura pro mortuis, c. 12. de quodam Curma. Addit autem Gregorius, hac non fieri vero errore, sed ut per istum quasi errorem, qui mortuus fuerat, revivisceret, & narraret viventibus tormenta, judicium, quod manet impios post hanc vitam.

Ibidem cap. 38. narrat exemplum de quodam Chrisorio, qui in articulo mortis positus, adhuc vivens vidit sententiam suam damnationis.

Duo similia narrat Bed. lib. 5. hist. cap. 14. & 15. de duobus qui desperantes mortui sunt, quia jam viderant judicium suum peractum, & sententiam latam.

JUDICIUM UNIVERSALE, SIVE FINALE, ET EXTREMUM.

Aliquando futurum.

Futurum esse aliquando Judicium universale hominum vivorum ac mortuorum, fide Christiana profitemur; neque quidem in S. Scriptura, præsertim Novi testamenti, magis est commone, & apud Patres frequentius. Congessit varia testimonia S. Aug. lib. 20. de Civit. cap. 5. Damasc. lib. 1. par. 1. cap. 15. Chrysostr. hom. 47. 48. 49. & 50. ad populum. Certè ubiqueque in Scriptura fit mentio in singulari de die Judicii, qui vocatur dies Domini, dies iræ, adventus filii hominis, sermo est manifestus de die Judicii universalis.

Errores Hæreticorum.

Fuerunt hæretici Albanenses, qui negabant hoc Judicium, asserentes, vel jam esse factum in animabus statim post mortem, vel quod credentes non judicarentur, & non credentes jam judicati pronuntiarentur à Christo. Joan. cap. 3. Ita Guido Carmelita.

Erit igitur hic Judex Christus non solum per divinitatem, sed & proximè per humanitatem suam, dicente ipsemet: Er tunc videbitur filium hominis venientem in nubibus caeli cum potestate magna, & majestate, quod etiam Angeli qui testes erant ascensionis ejusdem, dixerunt: Jesus qui assumptus est à vobis in caelum, ita veniet, Act. 1. cap. 1.

Quo loco futurum?

Futurum in terra, loco aliquo determinato, in quo omnes judicandi congregabuntur, fidei est. Er quidem multorum sententia est, exercendum hoc judicium in valle Josaphat, propter locum Joëlis 2. Congregabo gentes, & educam in vallem Josaphat, & disceptabo cum eis. Josaphat autem interpretatur Judicium Domini. Estque sententia communis, à qua temerè non est recedendum. Igitur Christus Judex descensurus est ad locum aëris, qui est super ipsam vallem Josaphat, quæ jacet inter Jerusalem, & montem Oliveti, ibique velut in throno majestatis suæ sedebit; ut omnes Interpretes exponunt in prima epist. ad Thes. c. 4. Omnes quoque Sancti, uti & Angeli, ut Paulus ibi significat, erunt à terra elevati, cum ab ipso instanti resurrectionis corpora eorum sint futura gloriosa. Soli ergo reprobi stabunt vel jacebunt in terra, valli Josaphat vicina, & circumjacente; neque enim omnes ea vallis caperet.

Quo tempore?

Fuit sententia Lactantii, & aliorum, Judicium extremum futurum mille annis ante finem mundi, fuisseque etiam error Chiliasitarum; estque aperta hæresis repugnans consensui totius Ecclesiæ, & testimoniis Scripturæ ac veterum, asserentium, judicium hoc fore in fine sæculorum, & conjunctum cum consummatione mundi, quem nonnulli cum Lactantio existimant duraturum sex annorum millibus. Verba Lactantii adscribam, ex lib. 7. divinar. instr. cap. 25.

Complexis annorum sex millibus, mutationem istam fieri oportere, & jam propinquare illum summum conclusionis extremæ diem, ex signis quæ prædicta sunt à Prophetis licet noscere. Prædixerunt enim signa, quibus consummatio temporum & expectanda fit nobis in singulis dies, & timenda. Quando tandem compleatur hæc summa, docent illi, qui de temporibus scripserunt, colligentes ea ex variis historiis, quantum sit numerus annorum ab exordio mundi; qui licet varient, & aliquantum numeri eorum summa differant, omnis tamen expectatio non amplius, quam ducentorum videtur annorum. Etiam res ipsa declarat, lapsum ruinamque brevi fore: nisi quod incolam urbem Romanam, nihil illius videtur esse metuendum. At verò cum caput illud orbis occiderit, & populi esse coepertit, quod Sibyllæ fore ajunt, quis dubitet venisse jam finem rebus humanis orbique terrarum? Illa est enim civitas, quæ adhuc sustentat omnia, præcandusque nobis, & adorandus est Deus

cei (si tamen statuta ejus, & placita differt possunt) ne ceteris, quam putemus, tyrannus ille abominandus veniat, qui tantum facinus molitur, ac lumen illud effodiat, cuius iterum mundus ipse lapsurus est.

Ceterum omnia hæc conjectura, aliisque Apocryphis testimonio, dies Judicii, & futura mundi duratio prolixius incerta est, & incognita, Christo ipso testante Math. 24. & Marc. 13. De die illa, aut hora nemo scit, neque Angeli de caelo, &c. Neque enim est nostrum scire tempora vel momenta, quæ Pater æternus possit in sua potestate. Veniet enim, inquit Apostolus, dies Domini, sicut fur in nocte, i. ad Thes. 5. c. 5. Ideoque curiosum, ne dicam temerarium, est de illo inquirere. Dependet id enim ex voluntate divina, quæ non est revelata nobis: & ita per divinam providentiam deceretur, ut dies nobis esset occultus. De quo lege quæ habet Chrys. in c. 5. ad Thes. & Theop. Leo X. in Conc. Later. sess. 11. in h. l. 1. cavet severè, ne quis tempus præfigere extremo judicio in concione audeat.

Quibus indicia?

Multa indicia, & signa esse antecessura diem Judicii, Scriptura teste docemur, & quidem generalia pleraque in luna, sole, & stellis, & in terris prælia, & opinionibus præriorum; consurgit gens in gentem, & regnum adversus regnum, &c. Mat. c. 24. Particularia autem erunt, primum adventus Antichristi, quem vocat Paulus hominem peccati, & iniquum, & quem annis tribus cum medio regnatum, colligunt ex Apocalypsi, & Daniele; & extolendum à seipso supra omne id quod dicitur Deus, aut quod colitur, constat ex cap. 5. epist. 1. ad Thes. ac variis modis persecutorum Ecclesiæ, & fideles, idque per signa, & prodigia falsa, & mendacia, ut tradit Anselm. in ciuidario, ex eodem loco Apostoli ad Thes. 2.

II. Adventus Eliæ, & Henoch (quidam de Moyse opinantur) qui hominibus, Judæis præsertim, a nuntiabant secundum Christi adventum, & prædicatione sua diebus mille ducentis lxx. juxta Prophetiam Joannis in Apoc. cap. 11. laborabunt fideles confirmare, & provocare ad penitentiam, & tum martyrium ad extremum subitum, inferente illis necem Antichristi, ut colligitur ex cap. 12. Apoc. accedente præsertim interpretatione veterum.

III. Prædicandum erit Evangelium toto orbe, ut Christus apud Math. cap. 24. insinuavit. Videatur Aug. epist. 78. & 80. & lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 10.

IV. Romanum Imperium extinguendum est, & in aliud commutandum; habet id verum traditio. Lactant. lib. 7. c. 25. & c. 16. Tertull. cap. 32. Apologet.

V. Occisio Antichristi, statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de caelo, & virtutes caelorum commovebuntur. Math. 25. Quibus verbis absque controversia significari indicia Judicii, Expositores affirmant.

Denique signa erunt in ipsis elementis; in igne quidem fulmina, & fulgura innumera; in aere apparebit signum filii hominis; in caelo tanquam labarum Judicem præcedens. Math. cap. 24. in terra erit pressura gentium: in aqua verò confusio fontis maris, & fluctum, Luc. cap. 21. terræ motus etiam magnos agnoscit Joannes in Apoc. cap. 16.

In hominibus insuper notatur, quod futuri sint circa novissima tempora perditissimi, abundante iniquitate, & refrigerente multorum charitate. Luca 18. & Math. 24. Legatur Lactantius supra, lib. 7. cap. 16.

Adventus Judicii.

Adventum Judicii, quem fore Christum supra diximus, præcesserunt ignem, restis est Scrip. P. 96. & 11. 1. 66. & Joel. 2. & Daniel. 7. denique 1. ad Cor. cap. 3. Idque ad purgandos & probandos homines jam resuscitatos, honoreque a malis utiliter nandos, ut tradit Lactantius supra, sive, ut præsumimus, ad terrendum damnatos, quos jam punire incipiet & hoc videtur insinuare David, Psal. 99. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus: assumentur ergo ignis ille, ut instrumentum divinæ justitiæ, eritque ejusdem naturæ cum infernali, adeoque elementaris.

II. Præcedet eundem, an immediatè, an verò aliquo tempore, incertum, signum crucis, idque in aere, ut ab omnibus, possit conspici; quam tamen cruceam alii ab Angelis descendentem existimant, tanquam signum triumphale. An verò cum cruce relicta Passiois insignia exhibenda, non constat apud omnes. Assi imar S. Thomas in Opuscul. 2. cap. 244. Viguerius c. 22. §. 2. vers. 6.

A vers. 6. alii probabiliter negant; neque enim aut in Scripturis, aut Patribus fundatur.

Veniet autem Judex cum ea gloria animæ, & corporis, quam habet in caelo; idque in nubibus caeli, cum potestate multa, & majestate, & omnes Angeli cum eo, & sedebit super sedem majestatis suæ. Math. 24. & 25. De quo ita S. Chrysostomus.

Exurgente Rege caelesti judicare vivos, & mortuos, virtutes angelicæ movebuntur, terribiles ministri terribilem Dominum præcedent. Patrefamilias moriente domus turbatur, familia plangit, & nigris se vestimentis induit: sic humano genere, propter quod facta sunt, circa finem constituto, caeli mysteria lugent, & candore deposito tenebris induntur. Joan. Chrys. sup. illud Math. 24. Et virtutes caelorum movebuntur.

Promissit verò Christus ius, quillum fuerint secuti, consortium sui in regeneratione, cum sederit in sede majestatis suæ, quod videlicet sedent & ipsi judicantes 12. tribus Israel; quod iterum repetit Luca cap. 22. & insinuat 1. Corinth. 16. Itaque de fide certum, sanctos cum Christo lesuros, & judicatos, non quidem, ut actum importat jurisdictionis, quia sic soli Christo competit; sed per quandam participationem alicujus honoris ad judicium pertinentis; nisi dicamus judicatos judicio approbationis, condemnationis, & redargutionis, quomodo etiam Angelos judicatos S. Thomas docet p. 3. quest. 59. art. 6.

Quin ipse Dominus in ius, & voce Archangeli, & in tuba Dei, descendet de caelo; canet enim tuba, & mortui, qui in Christo sunt, resurgunt primi. 1. ad Thes. c. 4. & 1. Cor. 15. ubi insinuat, quod per vocem Archangeli, quæ fit tuba Dei, id est, maxime sonora, more Hebræorum, per totum mundum, sensibili clangore evocabit, & colliget Judex omnes, qui decumbunt in terra pulvere, eosque citabit ad judicium, sententiamque mortui vni hujus vocis, & obediens resurgendo; vocat autem Apostolus hanc tubam novissimam 1. Corinth. c. 15. quia post tubas 7. Angelorum, quibus ante diem Judicii plagas maximas toti mundo inducent, hæc extremum intonabit, Surgite mortui, & venite ad judicium, ut docet ex Chrysostr. & Theophil. Soto in 4. dist. 47. q. 1. ad 4. De prioribus 7. tubis, habes in Apoc. cap. 8. & 9. Videatur particula in loco de Tuba.

Judicii forma.

Congregabuntur ante Judicem omnes gentes, Math. 25. Quia omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat utriusque propria corporis, 2. ad Corinth. 5. Itaque omnes homines convocandi, & judicandi sunt, etiam infideles, & parvuli, utriusque judicio condemnationis, si iustificati non fuerint: secus, approbationis judicio judicabuntur, prout etiam omnes iusti, in quibus nihil est discutendum: præsertim si gravia peccata bonis operibus admixta non habeant: cui non obstat, omnium peccata tunc manifestanda, ut sentit D. Thomas, & Bonaventura; quia nullis per hoc infamia creatur, aut pudor, quin gaudent potius, quod illis cessarit ad gloriam majorem, quodque pœnitendo ea deleverint. Etiam Angelos quoad præmium aut supplicium essentiale esse judicandos judicio approbationis, & condemnationis, sentit D. Bonavent. in 4. dist. 47. art. 1. quest. 4. & consentit S. Petrus in 2. epist. cap. 2. ubi dicit, Angelos in judicium reservari.

Judicii forma.

Supponi hic debet, Judicium hoc quoad Judicem, & judicandos, fore sensibile, & illum ab omnibus videndum, à dammandis quidem ad majorem illorum confusionem, beatificandis ad ampliorem gloriam, & voluptatem.

Omnia quoque judicandorum opera manifestabuntur, hoc enim exigit cognitio causæ, de qua judicium ferendum: unde Danielis 7. legitur judicium fessile, & libros fuisse apertos. Simile habetur Apocalypsi. 20. Ubi omnes per metaphoram libri intelligunt omnium operum manifestationem, adeoque per libros accipiunt omnium conscientias, in quibus tam jura, quam facta conscripta reperitur; unde singuli judicandi ex iis, qui in conscientia fuerint scripta; & omnibus omnia manifestanda, quorumvis, sive hominum, sive Angelorum, bona vel mala, S. Thomas docuit, cum Durando, Bonaventura, & Richardo.

Sancta, & devotissima virgo Gertrudis, dum in quadam feria secunda Paschæ communicatura rogaret Dominum, ut per illud dignissimum Sacramentum (suppletè dignaretur omne, quod ipsa unquam neglexerat in ordine religionis, suscipiens eam filius Dei præsentavit Deo Patri indutam tu-

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. 17.

nica religionis, quæ tunica videbatur ex tot partibus distinctim composita, quot annos vixerat in religione: ita quod inferior pars tunicæ reputabatur pro primo anno, secunda pro secundo anno, & sic deinceps usque ad annum, in quo tunc erat. Videbatur tunica illa ita expansa, & extensa, quod nullius omnino plieæ umbra quidquam in ea contigere poterat; sed in quolibet anno distinctim apparebant annotati omnes dies, & horæ, & insuper singulari cogitatione, verba & opera, tam bona, & in super singulari cogitatione in cogitationem, de verbo ad verbum, de opere ad opus, & quid singulis verbis, & factis suis intenderat, utrum scilicet Dei laudem, & animæ suæ profectum, aut humanum favorem, vel alienigenis damnum; quid etiam in quolibet commodo, vel abstinentia, vel quocumque opere, ex pura obedientia, quidve ex propria deliberatione peccerant. Ubi autem in aliquo opere sibi blandita fuerat, quasi ex obedientia illud fecisset, quod magis ex propria deliberatione sibi à magistra obtinuerat permitti, aut per aliquam callidam occasionem extorserat sibi mandati, talia nimirum opera obedientiæ apparebant in tunica illa velut quædam gemmulæ luto fragili infixæ, quæ nutantes, & quasi casure vix poterant hætere. Orante autem pro ea filio Dei, & suam innocentissimam ac perfectissimam conversationem Deo Patri offerente, videbatur tunica illa veluti quadam aurea lamina splendidissima, & perspectissima oblecta, per quam tum omnia prædicta cogitationum, verborum, & operum, nec non intentionum, necessitatum vel simulationum (quæ vel scierit vel negligenter, spontè vel coactè, quolibet tempore vel hora peregerat) merito adeo clarè permicabant, & distinctè, quemadmodum per purum crystallum quilibet color suppositus potest discerni. Nec aliquis saltem minimus pulvis, aut punctum latere poterat, qui in luce cognitionis infallibilis veritatis, tam Deo, quam etiam omnibus caelicolis, evidentiissimè non appareret. Unde divinitus intellexit, quod cujuslibet hominis status similiter pater Deo, & omnibus sanctis per æterna seculâ. Quod autem Dominus dixit per Prophetam; In quacumque hora conversus fuerit peccator, &c. sic intelligendum est, quod non recedabitur Dominus ultra peccatorum condigna penitentia delectorum ad judicandum: veruntamen jugiter apparebunt

in nobis singulæ maculæ peccatorum nostrorum ad laudem, & gloriam dulcissimam misericordie ejus, quæ tam benigne penitentibus peccata dimittit, & insuper tam multumodis beneficiis suæ divinæ pietatis nos circumvenit, ac finemquam contra ipsum in aliquo deliquissimus. Singula etiam opera nostra bona, cogitatione, verba, voluntates, quas unquam pro amore, & laude Dei perfecimus, similiter in sempiternum efflorent ad laudem ipsius, (cujus dono, & cooperatione nostra perfecimus) & ad cumulum gaudiorum nostrorum; sicque semper pro invicem laudabimus, & amabimus Deum, qui in Trinitate perfecta vivens, & regnans, operatur omnia in omnibus nobis. Brede. in lib. 8. collat. sac. cap. 27. ex lib. 24. Insinuat, divina pietatis, apud Blosium in monit. spir. cap. 14.

Quoad sententiam verò, certum est, illam pro meritum diversitate variam fore, & de singulis propriam, & particularem ferendam; ut eleganter docuit Gregor. Nyssen. orat. In illud: Quod sum ex minimis meis fecistis, &c. Quamvis in fine existimantur pronuntianda hæc generalia, insinuat Math. 25. Ire maledicti in ignem æternum, & Venite beati nediti patris mei, possidete regnum, &c. eisque prolatis dissolvendum judicium, & unicuique assignandum locum æternæ mansionis, damnatis infernum, beatis caelum.

Judicii horror. Vide.

In illo die nihil est, quod respondeamus, ubi caelum, & terra, aer, & aqua, & totus mundus stabit adversus nos in testimonium peccatorum nostrorum: & si omnia taceant, ipse cogitatione nostræ, & ipsa opera specialiter stabunt ante oculos nostros ante Deum acculantes. Greg. Nyss. sup. Math.

Verè vox magna, vox tubæ terribilis, cui omnia obediunt elementa, quæ petras scindit, inferos aperit, portas aëreas frangit, vincula mortuorum distumpit, & de profundo abyssi animas liberatas corporibus suis assignat. Hæc autem omnia citius consumit opere, quam sagitta transit in aere dicente Apostolo: In momento, in ictu oculi. Idem sup. 1. ad Cor. 15.

Veniet dies illa, in qua plus valebit pura corda, quam astuta verba; conscientia bona, quam mansueta plena; quoniam

Aniam quidem judex ille non fallitur verbis, nec fleetur donis, Bern. sup. Castrica.

Quid faciet de injustis Judicis, qui ipsas quoque Justitias judicabit, & qui cuique merita recitabit? Veniet, tandem veniet. Idem in epist.

Cum bona vel mala cogitamus in corde nostro, tam bonarum, quam malorum cogitationum notae quaedam, & signa relinquuntur, quae in die iudicii revelabuntur. Orig. super epist. ad Roman. lib. 7.

A dextris erunt peccata accusantia, a sinistris infinita demonia, subitus horrendus chaos inferni, desuper judex iratus, foris mundus ardens, intus conscientia urens. Ibi vix iustus salvabitur. Heu miser peccator! sic deprehensus, quò fugies? latere enim erit impossibile, apparete intolerabile. Anselm. de similitudinibus mundi.

Refert B. Vincentius natione Hispanus concione in Sexagesima, exemplum de quodam juvene, qui fomiando fuit interrogatus a Christo in iudicio, & subito ex timore totus factus fuit canus.

De eodem Lucan. 1.2. Pharsalia. Sic cum compage soluta, Secula tot mundi suprema coegerit hora;

Antiquam repetens iterum chaos, omnia mixtis Sydera sideribus concurrunt, ignea pontum Astra perent, tellus extendere littora nolet, Excussitque fretum, fratri contraria Phoebe Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem Insignata diem poscet sibi: totaque discors Machina divulsis evbabit fœdera mundi.

Similiter Ovidius Metamor. lib. 1. Esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus, Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli Ardere, & mundi moles operosa laboret, Nec ultrae Manibus q.

Quae scelerum veniet vindicque reorum, Qui commissa suis rimabitur argumentis, In lacumque trahet, rarisque licentia fraude. Hinc etiam in iudicis, poeneque minister Et quisquis vero fuerit, culpamque perdit Proditur, atque alto qui iurgia peccatore tollat.

JUDICII UNIVERSALIS MEDITATIO UTILIS ET EFFICAX. IN GENERE.

Ad frandam desideria, & gaudia huius vite.

Scribit Beatus Hieronymus in Mattheum, hoc modo: Sive comedam, sive bibam, sive aliquid faciam, semper vox illa videtur sonare in auribus meis: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Quoties de die iudicii cogito, torus corde & corpore contremisco. Si qua praesentis vitae est laetitia, ita agenda est, ut nunquam amaritudo futuri iudicii recedat a memoria. Non est nostrum nosse tempora, id est, non expedit nobis diem iudicii nosse, sed semper incerti de adventu iudicii, sic quotidie vivamus, quasi die altera iudicandi simus. In die iudicii Sol, & Luna obscurabuntur, non diminutione luminis, sed comparatione veri luminis. Alioquin legitimus solem habiturum septuplum luminis, sed comparatione veræ lucis omnia tenebrosa erunt.

DEIUS MEDITATIO EFFICAX. IN SPECIE AD AECIDIAM DEPELLENDAM, ET cum timore salutem operandam.

Legitur in Vita Patrum, quod Abbas Alexander fratri aeterna victo dixit: Si in cella tua sollicitè cogitates regnum caelorum, & cruciatum aeternum, in cella tua aecidiam non senties: testis est Sophronius, vel potius Joannes Moccus in Prælo spirituali cap. 142. Rufinus cap. 169. Alexander ita se excitat: Vae tibi Alexander! quanta erit confusio tua cum exierit eorum abunantur?

Abbas Sylvanus in Vita Patrum lib. 5. tit. de compunctione, rapus, ac rediens ad se, cecidit in faciem, ac flevit: rogatus est, dixit: Ego ad iudicium raptus sum, & vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta, & multos saeculares euntes ad regnum. Et iugebat senex, & nolebat deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebatur, operiebat capiti faciem suam, dicens: Quid necesse est videre lumen istud temporale, in quo nihil est utile?

Ibidem, Monachus quidam, qui negligenter vixerat, egrotans raptus fuit ad iudicium, & invenit matrem suam iam mortuam cum his, qui iudicabantur. Illa autem, ut vidit eum, obstupuit, & dixit illi: Quid est hoc, fili? Et tu in hunc locum condemnationis iustus es venire? ubi tunc sermones tui, quos loquebaris, dicens: Volo salvare animam meam? Confusus ipse, ac rediens ad se, inclusit se precantibus, & plorans negligentiam suam; cumque multi eum rogarent, ut à nimio fletu temperaret, ne se laederet, noluit consolari, dicens: Si improperium matris meae sustinere non potui, quomodo Christi, & sanctorum ejus Angelorum adventum me confusione potero in die iudicii sustinere?

Ibidem alius Senex dixit: Si possibile esset, in adventu Dei post resurrectionem praeter timore intente animas hominum, omnis mundus moreretur a timore atque formidine. Quale est enim videre caelos scissos, & Deum revelatum cum ira, & indignatione, & militias innumerabiles Angelorum, & totum simul genus hominum intendere? propter quod sic debemus vivere, ut potè qui de singulis moribus nostris rationem exigendi sumus à Deo.

Alius senex vidit quendam ridentem, & dixit ei: Coram caeli, & terete Domino rationem totius vitae nostrae reddidisti sumus, & tu ridetis?

Piè S. Bernardus serm. de Apostolis Petro, & Paulo: Urganam sapientem, &c. inquit, ut scilicet aeternitatis imago reformaretur in nobis, videlicet, ut praesentia moderentur per sapientiam, praeterita per intelligentiam dijudicemus, novissima provideamus ad cautelam.

Idem epist. 192. Utinam, inquit, sciperes, quae Dei sunt, intelligeres, quae mundi sunt: provideres, quae inferni sunt, profecto inferna horresceres, superna appeteres, quae sunt mundi contemneres.

Ita sapuit Abbas Olympius in Prælo spiritali, cap. 141. rogatus enim: Quomodo sedes in hac spelunca, quomodo toleras æstus, & ciniphes? ait: Ista idem tolero, ut futuris cruciatibus liberer: ideo ciniphes patior, ut immortalem effugiam vermem: sic & æstus patior, aeternum meum ignem. Haec enim temporalia sunt, illa verò finem nullum habent.

Ita sapuit Abbas Moses in vita Patrum lib. 7. cap. 27. Ut te mortifices, cogita triennium jam agere in sepulchro. Et alius cap. 24. cuius hæc erat quotidie exercitatio: Ego inquit, Angelos aspicio, ascendentes, & descendentes ad vocationem: animarum, & semper finem prævideo, dicens: Paratum cor meum Deum, paratum cor meum.

Ad virtutem amplectendam.

Petrus Constantinopolitanus, cognomento Telonarius, vir tanto majori admiratione dignus, quando ante conversionem vixit nequius. Hic cum opam copia redundaret, diuitiam esse, utrum dicitur an avasor esse. Hinc inter mendicos ortum est certamen, unus profitebatur se ab eo elemosinam eliciturum, caeteri id omnino fieri posse negabant. Qui se facturum promiserat, accessit cum multo pretium panem (panes autem in casu ancilla e fornace domum coctos referebat) in faciem precantis intorqueret; qui cum hinc declinasset, sublatò pane discedens, se tandem voti sui compotem factum sociis nuntiavit. Petrus verò postea ad verba valetudine agitatus, cum postmodò horis aliquot exanimis jacuisset, & revivisset; narravit sibi interim visum fuisse, se ante tribunal Dei in caelo sissi, ab aliis accusati, ab aliis defendi; in altera libere laeque peccata, quae commiserat, appendi, in altera unicum penam illum, quem ipse quondam proiecerat iratus. Et cum exaquerat utriusque pondus fleret, reverti, ac pani aliquid superaddere, quod præponderaret, si multi reatus supplicia cuperet evadere, sibi iustum. Itaque cum convalesceret, quae cupidè conflaverat, liberatè cepit effundere, neminem indigentium opis sui expertem fieri passus. Simeon Metaphrasi, in vita Divi Iovannis elemosynarii, & Surus tom. 1.

Scribit Dionysius Cartusianus lib. de remedii tentationum, art. 2. viros sanctos eorum, quae in novissimo iudicio futura sunt, consideratione frequenter copumctis. S. Hieronymum ejusdem iudicii terrore percussum fuisse. Horu, inquit, consideratione sancti viri frequenter compuncti fuerunt ac terrore resistentes fortissime omni tentationi ac pravitate. Unde sanctus

adus fatetur Hieronymus: Quoties diem illum considero, roto corpore contremisco. Sive enim comedo, sive bibo, sive aliud aliquid facio, semper mihi videtur tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium.

De se fatetur ipse S. Augustinus Lib. 6. Confess. c. 16. nullum fortius sibi fuisse retinaculum à præcepto carnalium voluptatum, quam mortis, & iudicii ultimi recordationem. Nec me, inquit, revocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, nisi metus mortis, & futuri iudicii tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen recessit de pectore meo.

Ad conversionem faciendam.

Narrat Cedrenus compendii historiarii & Ioannes Europalates, tempore Michaelis Imperatoris, qui Theophilus item Imper. filius fuit, Bogorum Bulgarorum Ducem sic ad fidem fuisse conversum: Supra modum, inquit, venationibus delectabatur; quibus cupiens non modo cum venatum iret, perfrui, sed etiam in otio; nova edificata domo, Methodium quendam monachum genere Romanum, & arte pictorem, iussit eam historis exornare. Divino autem instinctu factum est, ut non diceret nominatum, qualia ibi animalia depingi vellet, sed jubere, qualia pictor ipse vellet, dum terribilia modò essent. Hic verò nihil scienis terribilium secundo Christi adventu (sive extremo Dei iudicio) eum ibi depinxit. Dux verò videns inde iustorum turbam, hinc gregem peccatorum puniunt, atque à pictore intelligens picturæ sensum, exemplò suam abjuravit superstitionem, atque à sancto Episcopo catechizatus, intempesta nocte divinum suscepit baptismum. Contra eum proceres Bulgarorum ac populus propter mutatam religionem insurrexerunt, eumque interficere conati sunt, quos ille parva suorum manu, signo Crucis praefato, fudit, reque inopina stupefactos ad fidem Christi perduxit. Baron. tom. 10. ad an. 845.

Bene moriendum.

Scribit Venerabilis Beda lib. 4. hist. gentis Anglorum c. 17. sanctum Ceaddam semper, dum viveret, diem Domini sollicitum expectasse, & quoties tonaret, aut fulguraret, aut vehementior aliqua procella ingrueret, solitum esse in memoria revocare extremum iudicii diem, & misericordiam Domini invocare, atque eam humano generi propitiare. Itaque paratum expectasse horam transitus sui, immò & mortis diem ei præcipuum ab Angelis, quibus quoque comitantibus ad caelos emigravit. Promiserant enim Angeli, se post dies septem ad eum redituros, inquit, quos una ad caelum adducturos. Quod quidem, inquit, Beda, ita ut ei prædictum erat, opere completum est. Nam confestim languore corporis tactus est, & hoc per dies ingravescente, septimo, ut promissum fuerat, die postquam obitum suum Dominici Corporis, & Sanguinis perceptione munivit, soluta ab ergastulo corporis anima sancta, ducentibus, ut credi fas est, Angelis comitis, aeterna gaudia petivit. Non autem mirum, si diem mortis vel potius diem Domini letus aspexit, quem semper, usque dum veniret, sollicitus expectare curavit. Namque plura inter continentiae, humilitatis, doctrinae, orationis, voluntariae paupertatis, & caritatum virtutum merita, in tantum erat timori Domini subditus, in tantum novissimum suorum in omnibus operibus suis memor, ut sicut mihi quidam frater de illis, qui me in Scripturis erudiebant, & erat in monasterio ac magisterio illudius educatus, vocabulo Trumbert, referre solebat, si forte legente eo, vel aliud quid agere, repente status venti major affurgeret, continuo misericordiam Domini invocaret, & eam generi humano propitiari rogaret.

Judicii terrore.

Hujus autem iudicii distictam discussionem crebris parabollis insinuat ejusdem futurus judex Christus, idque vel maxime, ubi ad Pharisaeos conversus, dicebat: Quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii. Intelligunt autem per verbum otiosum, illud, quod iustè necessitatis, aut pia intentione ratione caret. Matth. cap. 12. Quid ergo de gravioribus criminibus futurum?

Legimus in vita S. Iosaphat, fuisse Regem potentissimum, qui vitam in luctu, & merore petagebat. Miratus, & indignatus frater, cum increpat: ille ingemens responsum suppressit, & non ita diu post, mittit de nocte tibi cines ad fratris aedes, qui horribiles ederent clangores (hoc enim illo aeo solemne erat, quoties in aliquem capitis sententia ferretur.) Quid faciat hæc inaudiens frater? turbatur, clamat,

L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

& atro habitu sumpto, ac cinere conspersus caput, primo E mane ad regiam adpropinat, Regis ad pedes supplex provolvitur, delicti, si quod esset, veniam postulat. Cui Rex: Si tu in tantum timeas fratrem tuum, quem nunquam læsisti; nunquid ego merito timere debeam diem illum, quo coram supremo Iudice, quem toties offendi, mihi erit comparandum? Si tu in tantum horreris tubam illam humanam; quis non horreat divinam, qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei? Praclarum, & verè imitandum Regis exemplum. Refert Bernard. de Busto in suo Rosario, item Spec. exempli.

Juramentum.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Juramentum, quod ἵρκος Græcè, propriè definitur invocatio divini testimonii, & Jurare est, Deum in testem vocare, esseque actus procedens à religionis virtute; nam Juratio est quaedam Dei veneratio, ut merito in Rhetoricis ad Alexandrum dicit Philosophus cap. 17. Jusjurandum esse cum divina veneratione dictionem probationis expertem; & Cic. de offic. esse affirmationem religiofam. S. Chrysof. ita describit: Jurare est, Deum vocare testem, & quasi fidei iusforem dare dicitis: Juramentum enim est fidei iussum, ubi mores fidei non habent.

Hebraeis dicitur Schebubabb, à verbo Schababb, juravit, repetendo septies verba juramenti, vel quòd initio in juramentis adhibebantur septem testes; unde Abraham cum juraret regi Abimelech in Bersheba, statuit septem agnas, quas eidem dedit propter confirmationem juramenti, & fœderis initi. Genes. 21. Alii deducunt ab eodem verbo, sed in prima conjugatione passiva, Nishebbabb, id est, juravit cum affectu vehementi; nam jurare non est res levis, sed dura, & fit cum passione quadam; vel quòd nemo debeat temerè jurare, nisi à magistratu adauctus, aut propter utilitatem proximi, ad tuendam veritatem.

Jusjurandum quidam volunt dictum, quasi Jovis jurandum: Per summum enim Deum concipiendum est illud. Exstat apud Ciceronem conveniens huic proposito verius G Ennii, Fidele, alma apta pennis, jurandum Jovis. De juramento alii alia. Juramentum à juro, Juro autem à jure. Quid enim aliud jurare, quam promittere, adhibitistestibus, nos rem promissam observaturos; ac si jus esset: Hæc etymologicon trilingue Lugduni editum, anno 1607.

S. Augustinus serm. 28. de verb. Dom. putat, ex hinc dictum Juramentum, quòd jus reddamus Deo, quando per ipsam juramus, debitam videlicet veritatem.

D. Thomas Aquinas inde, quòd quasi pro jure sit introductum, ut quod ius invocatione divini nominis, & testimonii dicitur, pro vero habeatur. Hoc fecit securus Covarruvias in c. Quamvis, De Palsis, initio ex l. 5. ff. de iurejurando, inde derivat, quòd jure habeatur, & lege, quiddam fuerit juratum.

Divisio.

Juramentum primò dividitur in Assertorium, & Promissorium, addunt alii Comminatorium. Assertorium aliud est iudiciale, quòd præstat coram Iudice, aliud extrajudiciale.

Judiciale aliud est calumniae, quando pars jurat, quòd bona fide, non animo calumniandi causam moverit, litem intentaverit, & prosequatur. Aliud dicitur Juramentum in litem, quando de re ipsa controversa juratur. Quòd iterum est duplex, necessarium, seu decisorium, quod exigitur à Iudice ad terminandam litem, & recusari non potest sine causa: non necessarium, quòd pars parti deserat, & recusari potest, ut patet cap. ult. de iurejur.

Promissorium, aliud est absolutum, aliud conditionatum. Imò admittit omnem varietatem, quam promissio.

Potè juramentum aliud verbis concipitur, aliud nudo; vel alio signo, ut manusublata, pectori admotà, aut simili: aliud fit expresse, aliud tacite.

Deinde aliud fit per simplicem contestationem, in quo solum Deum vocatur testis: Aliud per execrationem, in quo etià vocatur in vindicè, ut puniat, si fallit jurans, quomodo Paulus 2. Cor. 1. Testem invoco Deum in animam meam, & olim apud Judæos frequens: Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat. Imò non nunquam non modo personam nostram, sed & filii aut aliorum obligamus, ut puniantur, si fallimus: hinc